RESPONSVM IVRIS PRO COLEGIO SOCIETATIS IESV CIVITATIS CAESARAVGVSTAE,

in causa Ludouici Pallon, & Ludouici de Santa Fe, super apprehensione Villæ de Mareca in Regia Curia.

Editum a Iacobo de Morlanes I.V.D.



Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet causam eorum. *Ierem.* 50.

CVM LICENTIA.

Cæsaraugustæ, Apud Carolum à Lauayen. Anno. 1605.

D. O. M.

ET. B. P. IGNATIO. A. LOIOLA. BERTRAMI. ET.
MARINAE. F. TANTAE. VIRTVTIS. ET.
NOBILITATIS. DIGNO. STIPITI.
E. CASTRIS. CATHOLICORVM. REGVM.
FERDINANDI. ET. ELISABETIS. MELIORE.
ILLIVS, ET. REIPVB. BONO. AD. SACRAM. ET.
RELIGIOSSAM. MILITIAM. EVOKATO.
FORTISSIMO. ET. EXCELSO. DVCI.
PLVRIVM. DVCVM. MAGNI. NOMINIS.
IMPERATORI. LEGIONIS. VICTRICIS. PIE.
FELICIS. AC. FVLMINATRICIS. PARENTI.
ET. EGREGIO. DVCTORI. RELIGIONIS.
ET. PIETATIS. ACERRIMO. VINDICI.
NOVI. ORBIS. IN. HOC. OEVO. PRIMARIO.
BELLATORI. ET. SACRORVM.
RESTITVTORI.
PRO. IVRIBVS. COLLEGII. SOCIETATIS.
IESV. CAESARAVGVSTANI. RESPONSVM.
HOC. DILECTISSIMI. PARENTIS. IACOBI.
MORLANII. ILLIVS. SENECTAE. ET.
SALVTIS. ERGO. INTER. PLVRES.
MIRACVLORVM. ET. CVRATIONVM.
TABELLAS.
AVGVSTINVS. MORLANIVS. SVPLEX.
ET. HVMILIS. OFFERT. CONSECRAT.
DICAT. VI. ID. IVNII. ANNO. MDCV.

SVMARIVM HVIVS RESPONSI

PARS PRIMA.

§ 35 Domi-

decla-

sa est inspecta illius origine.

209 *Quid transferatur ad hæredes ex pacto conuentionali.*

210 *Ad hæredem non transit pœna, vbi aliquo colore deffendi potest dominus vtilis a caducitate.*

211 *Prætextu dubij, etiam non multũ iusti, a comisso emphyteota liberatus est in Aragonia.*

212 *An contra hæredes transeat ignorante domino expellendi causas.*

213 *Doctores confundunt diuersas materias, qui scientiam huic casui applicare volunt.*

214 *Ex tacita remissione domini non resultat, vt caducitas non procedat contra vtiles, sed ex eorum personali mora.*

215 *Ius expellendi conditionale est, etiã ignorante domino directo.*

216 *Quando passiue prætenditur caducitas, non sic atenditur scientia domini, prout quando prætenditur actiue ab hærede domini contra ipsummet emphyteotam, & ratio diuersitatis.*

217 *Scientia procuratoris certa adfuit, & ideo domini directi.*

218 *Præsumpta scientia domini directi quatenus adfuit.*

219 *Ignorantia supina domini in hoc nõ attenditur.*

220 *Scientiam considerãt Doctores vbi immediate soluitur pensio domino directo.*

221 *Vbi vtilitas est tertij cessionarij, quare non debet attendi illa?*

222 *Noua culpa non resultat ex diebus post mortem domini vtilis, in quibus Collegium non soluit pensionem.*

223 *Decem aut vndecim tantum dies transacti fuerunt.*

224 *Pœna extincta emphyteotæ morte non reuiuiscit postea.*

225 *Constitutione Synodali excussatur a caducitate Collegium.*

226 *Dicta Constitutio vti correctoria iuris pœnalis late intelligenda est.*

S27 *In caducitate ex alienatione etiam procedit.*

228 *Constitutioni Synodali non derogatur, nisi per actum contrarium.*

229 *Præsertim vbi est derogatoria actus iudicialis.*

230 *Plures processus adsunt vbi seruata fuit constitutio prædicta.*

321 *Argumentum a contrario sensu admititur in ea constitutione.*

232 *Collegium Societatis Iesu dici non potest incapax huiusmodi bonorum remissiue.*

233 *Clausula ex qua prætenditur caducitas ex aduerso, ob alienationem facta ad litteram refertur.*

234 *In litera dictæ clausulæ nihil adest, quod Collegium Societ. Iesu comprætendat.*

235 *Clausula pœnalis non refertur ad alios casus, quam in anterioribus clausulis expræssos.*

246 *Clausulæ pœnalis huius tributationis verba referuntur.*

237 *Principaliter ad caducitatem attenditur, non solutio pensionis.*

238 *Clausula specialis potentior est generali.*

236 *Non alij deffectus merentur caducitatem, quam qui vt condiciones adiecti sunt.*

240 *Acceptatio cum relatione limitatur ad relatum.*

241 *Prohibitio alienationis non subijcitur pœne comissi in hac tributatione.*

242 *Non connumeratur inter conditiones, & onera.*

243 *Clausula adiecta ad securitatem aliarum dicuntur executiuæ.*

244 *Clausula prohibitionis non respicit nisi securitatem pensionis.*

245 *Verbum, sobreditas, vt præteritum, non comprætendit futura.*

246 *Clausulæ vnius contractus quando considerantur vt diuersæ.*

247 *Absolute & simpliciter conceditur alienandi facultas.*

348 *Solet concedi absque consensu domini.*

249 Con-

¶¶¶ iecta

427 *Ali-*

427 *Aliquando Ecclesiæ, & Monasteria pro tutiori loco testamentorũ eliguntur.*
428 *Romani ideo pecunias deponebant pœnes ædes sacras.*
429 *Et pondera ac mensuras.*
430 *Et testamenta.*
431 *Qui Imperatores sic deposuerint suã testamenta.*
432 *Et Reges Franciæ.*
433 *Idem consulit Molina.*
434 *Archiuum Ecclesiæ qualiter sit fidelissima custodia testamentorum.*
435 *Sacristiam fratrum Minorum ad id aptam affirmant Doctores.*
436 *Sacerdotibus etiam antiquitus concedebatur exequutio testamentorum.*
437 *Ipsis dicentibus aliquid sibi a testatore commissum, standum est.*
438 *Multo minus deposita pœnes Rectorem Collegij Societatis, vbi dicitur quales soleant nominari.*
439 *Supperiora magis procedunt, quia dispositum fuit pro anima.*
440 *Confessarius ad euitandas fraudes adhiberi solet in testamentis.*
441 *Sacerdotis dicto statur propter Curã animarum.*
442 *Fides adhibetur dicenti aliquid comissum erogandum pro anima.*
443 *Collegium Societatis iure respondit ignorare quorum essent subscriptiones plicæ.*
444 *Ex relatione plica est ita solemnis, vt testamentum.*
445 *Præsertim in legatis.*
449 *De foro hæc veriora esse probatur.*
447 *Et vbi requiritur instrumentalis probatio.*
448 *Schedulam esse partem testamenti non est impossibile, nec contra ius naturale.*
449 *Identitas plicæ relatæ, & publicatæ qualiter probetur.*
450 *Necessarium non est manu testatricis fuisse scriptam.*
451 *Firmæ & subscriptiones eedem reperiuntur.*
452 *Ex comprobatione hic probatur idẽtitas.*
453 *Omnia signa relata in testamento hic reperiuntur.*
454 *Et relata in mandato.*
455 *Idem probatur ex apertione illius solemni.*
556 *Standum est plicæ, & si a Guardiano alia supponi posit.*
457 *Obiectum depositionis in ipsomet Collegio, cui relinquebantur bona, late tollitur.*
458 *Calumniæ contra Socieiatem Iesu a dæmone procedunt.*
459 *Et ab inuidis.*
460 *Locus Beati Saluiani ad id refertur.*
461 *Religiosi Societatis qualiter perferant prædictas calumnias.*
462 *Constitutiones Societatis IESV omnino prohibent huiusmodi captationes.*
463 *Et prohibentur vltimo præcepto decalogi.*
464 *L. 20. C. de Episco. & Cleri. in C. Theodos. non potest aplicari religiosis Societatis.*
465 *Esse possunt testes in testamento, vbi aliquid eorum Religioni relinquitur.*
466 *Præsertim hoc in Religiosis Societatis Iesu verum est.*
467 *Maxime vbi dispositio concernit fauorem animæ.*
468 *Sacerdotes & Religiosi consuetudine semper assistere solent testamẽtis condendis.*
469 *Lex secunda. C. de ijs qui sibi ascrib. non procedit in ascribentibus alterius commodo.*
470 *Episcopus de causa suæ Ecclesiæ quare cognoscere posit.*
471 *Quid circa hæc iudicatum sit in Parlamen-*

lamento Parisiensi.
472 *Et in Rota Cataloniæ respectu eiusdem Collegij Societatis.*
473 *Cessat omnino fraus, ubi testator subscripsit testamentum.*
474 *Vel si tradita est scriptura Notario, aut vires habet a rogata ab eo.*
475 *Cur Religioni potius, quam Notario schedula hæc tradita fuerit.*
476 *Testantis publice incommoda.*
477 *Nulla est præsumptio contra eum, qui non noluit sciri quid disponebat.*
478 *Quærella præiudicij consanguineorum in dispositionibus pro Ecclesijs unde originem habuerit.*
479 *Filijs prouidetur ex huiusmodi legatis ex D. Cypriano.*
480 *Consanguinei quibus legitima non debetur præiudicium allegare nō possunt.*
481 *Maxime pro ædificio, & fundatione Ecclesiarum ex D. Augustino.*
482 *Irreligiosum erat apud gentiles dedicationem templi differri.*





RESPONSVM IVRIS PRO COLLEGIO SOCIETATIS IESV CIVITATIS CAESARAVGVSTAE,

in causa Ludouici Pallon, & Ludouici de Santafe, super appræhensione villæ de Mareca in Regia curia.

EDITVM A IACOBO DE MORLANES I.V.D.

Ne attingas paruulorum terminos, &agrum pupillorum ne introeas: propinquus enim eorũ fortis est, & ipse iudicabit cõtra te causam illorum. *Prouerb.23.*



N hac causa graui agendum est de dominio, & iuribus collegij societatis Iesu, huius Ciuitatis Cæsaraugustæ, in villa de Mareca ex Testamẽtis, & Codicillis D. Marquesiæ de Mõcayo, & D. Franciscæ Cornel, matris ac filiæ eiusdem nobilitatis, ac religionis. Id autem non solum publicam huius Ciuitatis vtilitatem, sed etiam nostri Aragoniæ Regni complectitur; licet etenim Collegio societatis Iesu vtilitas, & commodum non exiguum speretur, tamen, si cum publico bono huius Ciuitatis & Regni conferatur, minimum iudicabitur. Collegium siquidem, vt plurimum, fortunæ muneribus ad liberaliter viuendum augebitur; at Ciuitas, & Regnum, præter verbi Dei, & sacrarum confeßionum optimos administros, habebit etiam quam plures iuuentutis magistros, & solertes institutores

 tutores

tutores, qui adoleſcentium animos pietate, ac religione, & bonis diſciplinis informent. Nec huius tantum Regni finibus magnus iſte fructus continebitur, ſed ad Indos vſque pertinget, ad quos in fide catholica informandos, & ad Chriſti Eccleſiam è ſuis tenebris euocandos, aliquando non pauci ex huius collegij alumnis deſtinabuntur. Quæ non parum, huiuſmodi teſtantium animos permouerunt, vt bona iſta teſtamẽto Collegio legarent, quod ex verbis principij diſpoſitionis deprahendi poteſt; quæ ſic habent: Conſiderando lo mucho que nueſtro Señor ſe ſirue de la conuerſion, y ſantificacion de las almas, pues por eſte reſpeto dio ſu precioſiſsima ſangre, y que los Padres de la Compañia de Ieſus, ſegun ſu ſanto y loable inſtituto, con tantas veras ſe emplean en eſta empreſſa con tãta gloria del Señor, &c. *Et licet hac noſtra tẽpeſtate, præſertim ſanta B. P. Ignatij Societas, inſtar Eccleſiæ, à Deo probetur, ita vt legata, & dona, quæ aliæ religioſæ domus pacificè poßidẽt, huic libenti animo deuoto ac ſpontaneo elargita, maledico dente, ſiniſtroq; ſermone carpere plebs ipſa non deſiſtat; & vtinam ipſa ſola plebs. In his tamen bonis, cenſualibus aut tributo ſubiectis, id multo verius experimur. Videmus enim omnes fere Eccleſias, Templa, Xenodochia itidem, & alia pia loca non mediocriter aucta emphiteoticis bonis, ex largitione, & dono vtilium dominorum; apprahẽdique ad manus Curiæ, tempore quo dominus directus prætextu alienationis in Eccleſiam factæ adhuc ius commißi, & caducitatis deducere poterat: nihil tamen nec iudiciale, nec extraiudiciale cuiuslibet Monaſterij, & Baſilicæ poſſeßioni obiectũ fuiſſe reperimus. Solis dumtaxat religioſis Societatis Ieſu, non minus Cæſarauguſtanorum ſaluti proſpicientibus, immo ardenti animi contentione, & ardore optimam viuendi normam tradentibus, iura ſua nouis, & intentatis litibus in proceßu hoc apprahenſionis plurium propoſitionibus, ac iuribus obſidetur, & opprimitur.*

Quia tamen inter alias propoſitiones potißimæ ſunt illa Charitaterij, & Archidiaconi Cæſarauguſtæ, & alia D. Mathiæ de Mõcayo, in prima ex aliquibus fundamẽtis prætẽditur cõmiſſum, præſertim ex dilata pẽſionis ſolutione, & ex cauſa alienationis factæ in fauorẽ dicti collegij à dominis vtilibus, aliâs vt prætenditur prohibitis in perſonam potentem, & priuilegiatam diſponere. Cum tamen has cauſas caduci conſtet, non ſolum in hoc caſu minime veras eſſe, ſed nec dominis iudicibus in proceſſu conſtare, quæ

re, quæ sint hæc bona, quæ tributo, & pensioni subiecta esse domini directi contendunt. Ex alio insurgit D. Mathias de Moncayo, ut consanguineus proximior D. Marchesiæ, & D. Franciscæ, asserens testamentum prædictum nulium esse, & huiusmodi bona successori ab intestato deberi. Hæc autem omnia quatuor partibus in responso hoc discutienda censui. Et quia fundamentum huius causæ præsertim pendet à bonis de quibus est lis; in prima parte de eorum incertitudine, ac non præsumenda identitate agendum erit. In secunda de causa prætensæ caducitatis ob canonem nõ solutum. In tertia de alia quæ deducitur ex alienatione in Collegium seu locum priuilegiatum. In ultima de uiribus testamenti, & eius quæ uulgo dicitur plica agentes, hæc disputatio finem accipiet.



PRIMA PARS.



CVM tota hæc disputatio versetur circa bona in Emphyteusim concessa, a Carithaterio, & Archidiacono Cæsaraugustæ, primo & principaliter quærendum est quæ sint hæc bona, quæ predia, vbi sit Castrum, & quod illius territorium. Id autem necessariò prius apparere debet, vbinam adsint litigiosa bona, & eorum situs cognitus esse debet partibus, & dominis iudicibus. Partibus, vt actores, seu prętendentes ius in bonis sciant quid postulent, & indicēt bona, quę propria sua dicunt, & iuxta titulos in suis libellis exhibitos. Iu-
1 dicibus autem, vt sententiam † claram, apertam, nulliterq; dubiam proferāt, vt de iure disponitur. §. curare instit. de actio. toto tit. C. de senten. quę sine cert. quantit. Speculat. in tit. de sentent. §. qualiter. vers. Item debet esse certa. Alex. cons. 109. col. 1. lib. 5. & alibi, vt per Vancium de nullit. sententi. tit. de nullita. ex deffect. proces. a num. 102.

Hoc autem si in qualibet causa necessarium est, maxime in processu appręhensionis, vbi præcisè tam partes, quam Iudices tenentur non agere sub incerto, sed bona litigiosa, & appręhensa sic distinguere, vt nullus dubio locus relinquatur in executione. Et iudex ipse sciat bona, quorum propositio recipitur: præsertim cum in his sententijs semper Iudex se referat ad propositiones partium, recipiens quam iuridicam existimat, non aliter indagatione facta bonorum appræhensorum, nec nouiter quid quærens circa identitatem eorum, nisi iuxta allegata, & probata a partibus. Ideo incumbit dillucidiori examine bona sic in indiuiduo asignare, & confrontationibus peculiaribus annotare, vt nullus dubitandi locus relinquatur. Prout necessarium, est vbicumq; de
2 iure sententia † ad petitionem partis, & acta processus refertur. l. in summa. in prin. de re iudicat. l. ait prætor. §. si iudex. eod. tit. vbi Bart. & alij. & in l. 3. C. de sentent. quę sine cert. quātit. Ias. in d. §. curare, instit. de actio. numer. 36. Corne. cons. 274. col. 1. lib. 4. Simon. de Pret. lib. 5. de interp. vlt. interpr. 3. dubit. 1. num. 112. fol. 564. Si autem in hoc cassu hęc omnia deficiant, & incerta sint omnino bona, quę in vim tributationis in hoc processu exhibitæ appræhendi, aut sequestrari debuerunt, domini directi, quibus incumbebat distincta hęc bonorum asignatio, absque dubio aliquo a causa cadere debent, & possessor, aut successor domini vtilis conseruari in sua possessione, seu iure aut titulo prædecessoris.

Quod autem in præsenti cassu hęc incertitudo, & dubium magnum adsit, nec aliqua ratione ex processu colligi posit, quæ bona in indiuiduo sint ea, quæ Petro Cornel primo domino vtili in Emphyteusim concessa sint, & quæ hodie prętenduntur ex causa alienationis, diuisionis, aut non soluti canonis caducitati subiecta

iecta esse, ex fundamentis sequentibus notisimum reddetur.

Sit prima ratio, hic versamur in propositione, quæ nascitur ex titulo caducitatis, & pœne, vt notissimum
3 est. Dominus autē directus, † qui ex eo vult repellere vtilē, dominiū probare debet. Bal. cōs. 177. col. 2. vers. Si vero obscurum. li. 3. Menoch. cōs. 301. num. 9. Crauet. cons. 280. num. 3. Bursat. cons. 26. nu. 4. cons. 292. nu. 1. & 10. Bimi. cons. 135. nu. 10. Sola in cōstit. Sabaudiæ. tom. 1. tit. de iur. Emphyt. decret. licet iure. p. 3. glos. 1. nu. 19. Idque in indiuiduo, scilicet, in ipsis met bonis, a quibus expellere vult Dominum vtilem. Quod si ab ipso non probetur, magnā habet defensionē Emphyteota; nā iustisime ignorans quæ bona Emphyteutica sūt, non presumitur alienasse nisi libera, in his enim causis pœnalibus, vbi odiū tantopere considerari solet, ad probandam identitatem bonorū, nō sufficit ordinaria probatio duorum
4 † confinium, sed aliorum etiā est necessaria. Quia non aliter incurritur pœna hæc caducitatis, quā plene cōstito de situ, & loco, vbi bona Emphyteutica continentur, ex l. in testamento. 1. de constit. & demons. vbi Bald. Bart. in l. demonstratio falsa. de cōdi. & demōst. Et ex eo optime comprobat Alex. cons. 35. nu. 2. li. 5. tradit Riminal. Senior cons. 429. nu. 14. & seq. dicens, in Emphyteota dolum esse necessariū, vt cadat a possessione bonorū; is autē non adest, vbi in confini
5 bus reperitur varietas, sed error † potius præsumitur: sequitur Bursat. consil. 80. numer. 4. melius cons. 143. a numer. 89. Mascard. conclusio. 874. nu. 5. concl. 778. nu. 40. & concl. 503. nu. 8. Sola. in d. tit. de iur. Emphy. in decret. Rempublicā. p. 2. gl. 3. in fi. Symon de Præt. li. 5. de interpretati. dubitatio. vlt. nu. 324. optime Bimi. d. cons. 135. a nu. 11. dicens. *Id debet magis mouere animum integerrimi iudicis, vt in dubio pronuntiet, ne pœne locus sit, propter eam iustam, & probabilem dubitationem, & vehementem opinionem, in qua erant contrahentes, an Emphyteusis esset super tota, vel tantum super parte domus.*

Si autem hæc procedūt, vbi est dubium, an tributo subiectus sit totus districtus, multo magis vbi notoriū est;
6 † prout in nostro cassu territorium vulgo nuncupatum, de Mareca, in totum non subici Emphiteosi Charitaterij, & Archidiaconi Cæsaraugustæ, prout in hoc cassu aperte constat, sed versatur solum dubium in eo, quę pars huius districtus sit eisdē tributaria. Hoc enim, quod verisimiliter magis incertū, & dubium est, iustius excusare debet dominum vtilem.

Secunda ratio, notorie differunt confrontationes adiectę in instrumēto tributationis, ab ijs, quæ expressæ sunt in appellitu hoc appræhensionis, in illo enim dicitur ad tributum concedi. *La Villa de Mareca con la jurisdiccion alta & vaja*, in hoc autem, *El heredamiento llamado de Mareca*,
7 quantum autem discrepet † hæredamentum a Villa, quisq; facile cognoscere potest. Villa enim in principaliori significatu de iure ad iurisdictionē refertur, idq. indubitatū est in presenti, vbi additur expresse in tributatione, *con la jurisdicciō alta, & vaja.* Heredamentū autem omnino excludit iurisdictionem, nec comprehēdi, aut verificari potest in villa cū iurisdictione. Additur in tributatione cōfrontatio hæc. *Con terminos de Epila*, at in apprehensione dicitur. *Sitiado en los terminos de la Villa de Epila*,

Hæc autem inter se contraria sunt, *Confrontar con los terminos de la Villa de Epila, y estar dentro de sus terminos:*
8 confrontatio enim † non est de re confrontata, nec limes de re limitata. Felin. in c. quia indicante. nu. 8. de præscriptio. Monte. de finib. regend. c. 15. & c. 23. num. 1. cum seq. Bertazol. de clausul. clausula. 26. glo. 13. num. 5. Nec aliqua ex antiquis cō frontationibus cum nouioribus aliqua ratione conformis est, excepta
9 Salonis fluminis, quæ vti vaga, † & pluribus bonis adaptabilis, nullius momenti est, ac si huiusmodi cōfrontatio non adesset, vt ex Bar. in l. demonstratio falsa. de condi. & demonstra. tradit Corne. cons. 91. num. 46. vol. 1. in terminis Magon. Decis. Floret. 2. num. 34.

Adest etiam alia diuersitas magna, videtur enim non pars, sed tota villa in tributatione contineri, cum indeffinite illa ad tributū detur, hic autem limitatur ad 293. iugera, quæ non arguit amplius non extendi hæredamentum, aut districtum Villę de Mareca, cum sequestrata non sint nisi ea, quæ a Dōna Marquesia possidebantur. In processu autem notorium est, plures alias species bonorū ibidem contineri, omnesq; excedere quatuorcentum iugera. Ex hac autem magna diuersitate mensuræ & quantitatis, & excessu tanto iugerum tributationis, cōtētis in appręhensione:
10 nō potest † identitas prætēdi, etiā si eadē causa & titulus adesse videretur Bar. Bal. Ang. & Paul. in l. scire debemus. de ver. obli. idem Bar. & Iaco. de Areti. in l. cum centum. de adim. lega. Ruin. cons. 31. num. 4. in fi. lib. 4. Ias. cons. 57. col. 1. lib. 3. dicit magis receptam opi. Meno. Cas. 213. nu. 11. Mascar. concl. 1249. nu. 20. aut saltim incertū redditur, an ex diuersitate quantitatis resultet etiam suspicio, seu credulitas diuersitatis bonorum, quod sufficere debet, saltim contra priuationis pœnam.

TERTIA ratio, hæc eadē incertitudo maior est in hoc cassu, ex eo, quòd ipsa bona appræhensa nominantur nomine generico, ęquiuoco & indeterminato, quale est in appel
11 litu verbum. *Heredamiento*, † in tributatione autem verbum. *Villa*. Sunt enim communia, & generica ac ęquiuoca compræhendentia plures, & diuersas res, plura bona, & diuersas hæreditates, vt in dictione curia tradit Oldrad. cons. 212. Socin. cons. 86. num. 5. vol. 1. Hieron. de Mōte. finium regundorum. c. 9. & Raudens. de analog. c. 39. num. 28. Vnde cum sit æquiuocum istud nomen, aptumq. comprætēdere plura bona, & spatiū terræ etiā minimū, ex hac ambigua & incerta positione, non po-
12 test resultare probatio † certa, nec indiuidua, quę est causa vt libellus continere debeat certitudinē, ex Socin. in c. 2. n. 71. de libell. oblat. Idque pręsertim considerari debet in materia probationis, vbi non potest in-
13 telligi verbum in potentiori † significatu, neque secundum subiectam materiam. Abb. in c. in presentia. not. penult. de probat. Decius cons. 321. col. 4.

Ideo in terminis nostris huiusmodi verbum ita generale, & ambiguū efficere, vt probatio circa eum facta admitti non debeat, tradit Crauet. cons. 425. num. 83. dicens. *Ex instrumētis vbi fit mentio cuiusdam curiæ Coluinij, vti continentibus verbum æquiuocum, sumi non posse probationem aliquam, quæ debet esse certa, & clara, nec fundari potest super ambiguo verbo. d. c. in presentia.*

tia. & quia probatio non debet fieri ex verbis, quæ multipliciter exponi possunt, quia de necessitate concludere debet, ex Paul.de Castro.cons.28.col.1.in fin.li.2. tradit optime ad propositum. Surd. cons.311.a nu.31. Vnde si nulliter admitti potest ambigua probatio instrumentalis relata ad bona, quæ referuntur nomine ambiguo, & æquiuoco: ita in præsenti depositiones testiũ incertę, & obscuræ omnino erũt, vti relatę ad appellitum, vbi sub verbo ambiguo & æquiuoco, *heredamiẽto*, nominantur hęc bona.

Et sicuti in cassu, de quo Craueta & Surd. ambiguitas hæc constituitur ex eo, quod verbum, *Curia*, adaptari poterat ad iurisdictionem, & proprietatem bonorum, id verius est in
14 † hoc cassu, vbi iurisdictio expræsse in Emphyteusim concessa fuit. Quo cassu, cum eam concessionem verius sit referri ad dominicum ius respectu iurisdictionis, quam ad dominium, & proprietatem bonorum cõpræhensorum in districtu, & terminis huius Castri, maior dubitatio resultat ex dicta tributatione, & probationibus huius processus, an identitas, quam ex aduerso probare intendunt domini directi, referatur ad dominium generale huius districtus, an ad proprietatem agrorum compræhensorũ in eo. Immo omnes hu-
15 iusmodi depositiones † subterfugiũ hoc maximum, ac legitimum habent, eas nempe omnes intelligi respectu dominij generalis, non quod in particulari aliquas ex his hęreditatibus tributis subiectas esse deponant: in dubio enim intelligenda
16 sunt hæc, potius † de dominio vniuersali, quam de particulari, ex doctrina Barto. in l.si quando. num.6. C. de bon.vacant.lib.10. quem sequuntur alij relati a Petra de fideicomm. q.13.nu.373.& 515.& in terminis nostris tradit Surd. in d.cons. 311. num. 35.& 36.post Aretin.& alios. Si ergo in dubio non debet referri verbum hoc ambiguum ad hæreditates particulares, sed ad quoddam generale dominium, non valebit aliqua ratione inferri ad propositum ex dicta tributatione, & probationibus testium, ad caducitatem, respectu bonorum particularium.

Idque vero consonat, verisimile enim mihi videtur, incertitudinem hanc bonorum tributo concessorum ex eo nasci, quia non continebatur in certis glebis, & aliqua bonorum parte, sed in dominico iure quodã, superioritateq. compræhendente totum territorium cum iurisdictione ciuili, & criminali, quæ licet non cõtineret particularia bona, sic tamen æstimabilis erat, vt quotannis meri-
17 to solui potuerit pensio † quatuorcẽtum solidorum. Cum iurisdictio de per se (maxime in Aragonia) pretiosior sit, & dignitatem cõstituat ex bonis, licet ex accidenti, Bal. in l. ex hoc iure. col.2.q.6.de Iust.& Iu.Burg. de Pace in prohem.ll.Taur.num.89. Moli.lib.1.de primog.c.13. num.6.& quatenus id procedat dixi in Alleg. de Sangarren a num.73. Eam autem iurisdictionem, licet postmodum nõ semper exercuerit dominus vtilis Marecæ, ex vicinitate forsan Villæ Epilę opulentę, & multo numerosioris, ita vt vicini potentia præsumi debeat impeditus exercere omnia iura dominicalia, ex eo forsan, quia destituta vicinis Villa Marecę, & omnino deserta, potuit absq. contradictione eius territorij iurisdictionem Villa de Epila si bi ita adquirere, veluti per alluuionem, vt postea Petrus

Cornel etiam ius habens in ea, non potuerit obtinere illius exercitium; id autem non tollit, quin semper tributario titulo dominium generale non habuerit, & iurisdictionem, quã illi concessam fuisse expressis verbis dicitur in ipsomet tributationis instrumento.

Quarta ratio, ex eo etiam incerta est hęc appręhensio quò ad bona, quia districtus Marecę tantummodo sequestrata sunt 293 iugera, ex ea autem mensura terræ deducitur magna incertitudo. Vbicumque enim dispositio ad certam mensuram refertur, conditionem hanc habet, si mensuretur, nec ante ipsam mensurationẽ dicitur perfecta, in his enim æquiparatur dispositio bonorũ sedentiũ, & bonorũ mobiliũ. l. si in vẽditione. §. 1. de peric. & com. rei vẽd. dicit id cõmuniter receptũ Coua. pract. c. 3. nu. 7. vers. Decimo ex his. & nu. 10. Lasart. de decima. c. 5. nu. 28.

Sicuti autem dispositio bonorũ mobilium ad mensuram facta imperfecta est, atq. incerta, quousq. mẽsurentur. l. quod sæpe. §. in his. de cõtrah. empt. ibi. *Quia venditio, quasi sub hac conditione videtur fieri, vt in singulas amphoras, modios ve, quos, quas ve admensus ero, vel qui admensurati erunt decem des*, ita etiam & immobilibus 18 † sic ad mensuram venditis, procedit, ex Bart. in l. Iulianus. §. si Titius. de actio. empti. per textum. ibi. idem Bart. cons. 121. in quęstione Dominicioli. Bald. in l. 1. C. commu. prædio. num. 4. nec potest agi virtute huiusmodi dispositionis ante implementum, id est ante actualem mensurationem, ex Aret. in l. 3 §. certa. num. 14. de acquir. possess. latè Alex. cons. 31. a num. 5. lib. 6. Bursat. cons. 441. numer. 6. Surd. cons. 168. num. 49. eleganter Lasarte de decima. c. 5. num. 25. Couarr. practica. c. 3. per totum.

Estq. indubitata conclusio, dispositionem quamlibet relatam, & restrictam ad mensurationem, non aliter certam reddi, quam vbi constat, quæ iugera sint compræhensa intra mensuram terrę. Sicq. cum in appręhensionis appellitu dicatur: *Que se aprehende el heredamiento llamado de Mareca, sitio en los terminos de la Villa de Epila, que son 293 cahizadas de tierra*. Est
19 omnino incerta † hæc expręssio bonorum, vti restricta ad certam mensuram & est idem, ac si dictum fuisset, *si son 293. cahizadas*, & quando appareat ea ad huiusmodi numerũ ascendere id autem in processu non constat, nisi ex confessione Domnę Marchesię de Moncayo in capitibus matrimonialibus suę filię, ibidemq. non confitetur aliud, quam dominiũ in his iugeribus, non tamen eadem omnia subiecta esse tributationi, & Emphyteusi Archidiaconi, & Charitaterij. Vnde patet sequestrationem hanc, vti incertam, esse reiiciendam; pręsertim cum ex processu notoriè constet, non omnia possessa a Domna Marchesia intra fines Marecæ, esse Emphiteotica, vnde maior incertitudo resultat ex dicta mensuratione.

Obijcitur tamen contra huiusmo
20 di fundamentum, ea verba, † *que son 293 cahizadas*, intelligenda esse non restrictiue, nec conditionaliter, sed demonstratiue, ex Oldrad. cons. 197. & plures illum sequuti, quos refert Dida. Coua. c. 3. practi. num. 2. & 3. Ideo obtinere posse dominos directos, & si non omnia ea iugera tributaria sint, sed quæ apparebunt ex processu. Respondeo enim primo, cum constet ex diuersis speciebus bonorum

rū quæ sunt intra districtum Marecę,
ex testibus processus, multo plura iu-
gera contineri intra dictum districtū
manifeste constat, solum partem ter
21 minorum appręhensam. † Idq. euidē
tissimum est, alias enim Iacobus de
Vrgel, & alij, qui intra eos fines ha-
bent aliquas hæreditates, appræhen
sione hac priuati fuissent possessione
earum, quod nulla ratione dicendū
22 est. Vbi autem pars † districtus ad mē
suram continetur in dispositione, tūc
mensura dicitur addi restrictiuè, ita
vt sic dicatur ad mensuram facta, vt
incerta omnino censeatur disposi-
tio. ex l. quod sæpe. §. sed si ex dolea-
rio de contrah. empt. quem textum
optime inducit ad propositum Soci.
cons. 32. per totum. vol. 4. Neuizan.
cons. 38. num. 5. Curtiu. Iunior cons.
131. num. 7. vers. Nec obstat. Couar.
pract. 3. num. 3. tradit Sola tom. 1. tit.
de cens. solut. in decret. omnibus. p.
1. glos. vnica. num. 17. vers. Quarto si
venderetur pars.

SECVNDO respondeo, hic men
23 surationē † in ordine litteræ post bo
na appræhensa, & ante confrontatio
nes scriptā esse, quo casu dispositio-
nē ad mensurā esse referendam, asse
rit Abb. in c. per tuas. nu. 9. in fi. de do
natio. Socin. cons. 32. nu. 1. in 2. casu
vol. 4. Deci cons. 347. col. 2. vers. Ter
tio responderi potest. & cons. 500. nu.
3. tradit Cur. Iun. cons. 131. dicit verio
rē & æquiorē opinionē Cagnol. in l.
2. nu. 182. C. de rescind. vendi. & ita re
gulariter esse iudicādū affirmat Pi-
nel. ibidē. p. 3 c. 2. nu. 5. late cōfirmat
Rimi. Iun. cons. 448. a nu. 13. optime
ad propositū Laderch. cons. 130. a nu.
4. & licet plures contrarię opinionis
assertores referat Dida. in d. c. 3. nu. 3.
ij tamen conueniunt cū tenentibus
opinionem hanc, vbi adsunt conie-
cturę aliquæ, ex quibus deducatur li-
mitate adiectam fuisse mensuratio
nē. Hic autē, non solum coniecturæ,
24 sed probatio † euidēs adest, cum (vt
dixi) non aliud appræhēsum sit a do
minis directis, quam ea pars, quę pro
pria erat Domnæ Marchesiæ.

TERTIO itidem dici debet, hic
numerationem adiectam fuisse, non
ab ipsomet, qui sciebat quot iugera
essent tributo subiecta, sed a successo
re, qui verisimiliter id ignorabat,
25 quo casu verisimilius est mensurā †
restrictiue adiectam non demonstra
tionis gratia, cum demonstrare non
possit successor ignorans confines, &
partem tributariam: quod autē Ol-
drad. cons. 197. & alij tenentes mensu
ram esse adiectā demōstrationis gra
tia, procedant inter scientes qualita-
tes, & confinia, deducitur ex late tra
ditis a Laderchi in d. cons. 130. a nu. 5
Ideo præsupposita ignorantia appræ
hendentium, non dicitur adiecta mē
sura perfunctorie & accessorie, sed
principaliter; vbi autem id pręsumi-
tur, ad numerum sic restringitur dis-
positio, vt non amplius compræhen-
datur, & patet ex l. qui fundum. de
euict. Salic. in l. 2. ad fin. C. de cōtrah.
empt. & alijs, vt per Laderch. in d.
cōs. 130. nu. 4. vers. Etenim loquitur.

QVINTA ratio, hic adest incer-
titudo ratione loci, & quotæ, nā tunc
26 dicitur incertitudo † respectu loci,
vbi ignoratur, in quo loco ea bona
sint, an in Oriente? an in Occidente?
nec constat in qua parte iugera terræ
contineantur, ad inducendam enim
loci certitudinem, necesse erat de-
monstrare in indiuiduo locū iugerū.
Incertitudo autem respectu quotæ,
tunc adest, vbi, etiam si certa iuge-

ra terræ expræssa sint, id tamen fa-
27 ctum est per verba numeralia, † quę tantum numerum denotant, & certum reddunt, non autem nomina quotitatiua, scilicet dimidia, tertia, aut quarta pars petię terræ, quæ numeratio solum reddere poterat certam ipsam partem terræ, de qua disponitur non numerale nomen Bart. Paul. & Alex. in l. locus. de acquir. possess. & in l. 3. §. incertam. eod. tit. & in l. emptorum. ff. pro empto. Paris. cons. 55. num. 8. & seq. lib. 1. & cons. 59. num. 15. & seq. eod. lib. latius cæteris, & eleganter ad propositum Bero. cons. 159. per totum. vol. 1. vbi num. 9. contra Iass. dicentem in d. §. incertam. non adesse incertitudinem ratione quotæ, vbi adest certus numerus iugerum, aut tabularum terrę, licet quotitatiuus numerus non adsit, subiungit Bero. eam Iasso. doctrinã non esse veram, maxime in iudicando, & consulendo, quoniam Doctores omnes magis cõmuniter, prout ipsemet Iass. attestatur, contrarium tenent, quod scilicet per nomina numeralia pars non redditur certa respectu quotæ, tradit late Ludoui. Morot. cons. 44. a num. 3. Surd. cons. 168. a num. 49. Et efficax est ratio adducta per Paris. in d. cons. 55. a nume. 9. ab impossibili, vbi enim venditio fit ad quotam, qui emit eam pro indiuiso, potest reducere ad certam quãdam partem in quacumq. gleba, & cespite illius terræ, ex l. Meuius. §. duobus. de lega. 2. & not. in d. §. incertam & in d. l. locus. & in qualibet parte terræ verum erit dicere, emptorem habere partem suam quotitatiuam: vbi autem emptio fit ad numerum, puta torturas viginti talis fundi, accipiens glebam, seu cespitem eius, dicere non poterit habere ibidem viginti tornaturas, cum sit spatium ita parũum, vt vix vnam contineat.

Ita ergo & in præsenti nostro casu dicendum est, adest enim incertitudo
28 respectu loci, & quotæ † in dictis verbis appræhensionis, licet enim dicatur. *Que se aprehende el heredamiento de Mareca, que son 293. cahizadas de tierra, toda huerta, y confrenta con el mõte de dicha Villa de Epila, &c.* Non tamen in processu dicitur, nec constat, in qua parte districtus Marecæ, an ad Orientem, an ad Occidentem, an a tali latere, vsque ad talem locum, vel vsque ad talem arborem, extendatur, vt requirit Bero. in d. cons. 159. a num. 4. Hæc autem incertitudo maxime impedit iudicium huius causę, præsertim, cum appareat districtum Marecæ in se continere multo plura iugera, seu cahizadas, in qua autem parte earum contineantur tributaria iugera, non constat. Ratione autem quotæ incertitudo etiam maxima adest, cum enim declaretur hæc pars tantum per nomẽ numeri eius, non inde colligi potest, quæ pars sit illa, quæ subiaceat emphiteusi, an tertia, an quarta, an dimidia ipsius districtus: vnde si expresio verbi numeralis non solum designare nequit partem districtus propriam Dõnæ Marchesiæ, multo minus illam, quæ tributaria est, an quarta, aut octaua pars, aut alia quotitatiua huius districtus sit.

SEXTA ratio, vt diximus, pa-
29 tet in processu, etiam ex testibus † alterius, partis vbi de identitate bonorum deponunt, plura esse prædia in districtu Marecæ, non subiecta tributationi, prę sertim Michael de Esteras dicit. *Que ha auido y hay muchas y diuersas*

Jas tierras de muchos particulares de Epila. Iacobus de Vrgel ait, *que dentro del dicho heredamiento de Mareca, tiene suyas muchas y diuersas heredades.* Iacobus Garces, *que dentro de la partida de Mareca ay tierras, que llaman de Santa Maria, y otras de San Saluador*, & sic deinceps alij testes similiter deponũt, vt videri potest in Summario nostro impresso fol. 18. cum autem ex adductis ab eisdem constet, intra confrontationes adesse prędia non subiecta Emphyteusi, ex eo redditur incerta
30 † dicta cõfrontatio, vt eleganter ad propositum consuluit Decian. cons. 33. a num. 50. lib. 1. cuius hæc sunt verba. *Incerta est ergo ista confessio, & generalis, neq. ex ea potest aliquod fundamẽtum fieri, nisi doceatur quæ bona possidebant prædicti fratres iure feudi, tempore dictæ guerræ, nam certum est, quod plura bona possidebant, tanquam allodialia, & propria*, & postmodum subinngit, *Cum igitur ex tenore huius inuestituræ appareat auctores horum comitum possedisse bona, & feudalia, & allodialia, neque constet in dicta inuestitura, neque in alijs, quæ forent feudalia, & quæ allodialia, certum est, quod talis probatio, tanquam nimium incerta, & generalis, non releuat. l. non hæc C. Vnde legit. l. neque natales. C. de probatio, &c.* hęc Decianus, qui sicuti dicit in ipsis met instrumentis concessionum apparere dominos vtiles possidere simul & habere bona libera, & patrimonialia, ita & sufficit † per
31 testes quibus probare intendit alia pars identitatem, ex eisdem colligi, simul & bona libera ibidem adesse, vt resultet incertitudo ex probatione ipsa aduersę partis. Cũ enim ita necessaria sit hæc probatio identitatis, & ita substantialis, vt absq. ea nihil fiat, cum constet in præsenti eam incertam reddi ex contextura depositionum testium, qui pro sui parte deposuerunt, ex eo constat in effectu, quoad identitatem bonorum nihil esse probatum. Quod autem vbi adsunt penes emphiteotam alia
32 † bona libera, ex eo non præsumatur pro domino directo identitas bonorum Emphyteusis, sed ab illo probãda sit, tradit Paris de Puteo de redintegra. feudo. c. 51. num. 8. & seq. melius in cons. decisiuo. Menoch. consil. 854. a num. 15. & latius in eodem casu cons. 929. num. 2.

Colligitur etiam ex depositione Iacobi Garces testis alterius partis, adesse in hoc districtu partitam quãdam vulgo dictam, *de San Saluador, y que ha oydo dezir a Iuan Cornel y a otros vezinos de Epila, que solo aquella tierra es la trehudera a la Seo*, & ex nostris testibus plures idem deponunt, qui & si non expresse id dicerent, sufficit quacumque ratione constare, a nobis non omnino negari tributi solutionẽ in toto districtu appræhenso,
33 asignareq. aliquam † portionem eius, vt sic dominus vtilis probare nõ teneatur quę sint bona libera, aut Emphyteotica, nam ex huiusmodi particulari pecię terræ asignatione pro emphyteusi, fit vt dominus directus teneatur probare alia etiam bona intra eos fines, etiam Emphiteusi subiacere, tradit Specul. de locatio. §. nunc aliqua. q. 60. num. 76. Afflict. in c. 1. num. 30. vers. Secunda conclusio. de controu. inter mascu. & fœm. & in c. 1. §. illud. num. 22. de prohibit. feudi alienat. per Federi. & ante eum Isernia ibidem. Socin. cons. 167. num. 21. lib. 2. Cota. in memorabilib. verb. Emphiteota tenetur. limita. 2. dicens ita vidisse seruari, cum de facto accidisset, tradit in terminis Menoch.

cons.929.num. 20. & 25. & quamuis requirant quandam æquiualentiam inter peciam terræ, & pensionem, ta-
34 lis est in presenti † pensio 400 solidorum, cum non restringatur ius dominicum Marecæ ad eam partitã, sed ad totum districtum, vt pote concessa (vt dixi) iurisdictione, & dominio vniuersali totius territorij, ita vt pensio non solum correspondeat, sed concessum in instrumento maioris sit valoris inspectis qualitatibus, & prerrogatiuis dominicis, translatis cum pecia aut portione terre.

SEPTIMA ratio, additur etiam a nostris & alterius partis testibus, id quod in facto nullam recipit dubitationem, scilicet emptione, alluuione, & alijs titulis acquisitas fuisse de nouo plures partitas dominis vtilibus, omnesq. simul ita possessores
35 miscuisse, † vt nemo posit nunc certo scire, quæ pars omnium, quæ posidebantur a dominis vtilibus, tributaria esset. Præsertim Antonius de Maella noster testis, dicit. *Que las han rebuelto y mezclado vnas con otras, rompiendo motas, por hazer grandes campos, y que a las dichas tierras se han juntado otras muchas, que Iuan Cornel compro, que con esso no se puede saber quales eran las tierras trehuderas.* Ioannes etiam de Santa Maria, dicit. *Que todas las dichas tierras mezclo de tal suerte Iuan Cornel, que de presente no se puede saber, quales tierras son de Santa Maria, ni de San Saluador.* Et sic de alijs testibus, cum enim appareat alia adfuisse bona libera, qui dicit aliqua esse Emphiteotica, seu esse illa, de quibus loquitur tributationis instrumentum, probare debet ex Bart. & Imol. in l. is qui vere. de pub. iudi. Corne. cons. 165. col. fin. vol. 3. Menoch. cons. 21. numer. 34. & alij.

Sed in proprijs nostris terminis mixturæ factæ a Domino vtili bonorum allodialium cum bonis feudalibus, aut Emphyteoticis probat, hoc eleganter post Guido. de Suza. Iacobi. de Santo Georg. in rub de rei vendicat. num. 23. & duob. seq. vbi *Querit de vasallo, qui tenebat feudum, & simul eidem contingum proprium fundum, alienauit autem fundum feudalem, qui non poterat bene discerni a feudo proprio, quia forte ammouerat terminos, & vendiderat vtrumque fundum, agebat dominus reiuendicatione ad fundum feudalem, dubitabatur an teneretur actor in libello discernere fundum feudalem, & ex Iacob. de Raue. videbatur quod non, sed alternatiue peti posse, cum protestatione, quod non intendebat sequi, nisi feudalem, quando de eo constauit, ex l. 1. §. qui autẽ. infra quorum legatorum. Contrarium autem dicit determinasse Guido de Suza. scilicet*
36 *dominũ † directum in libello, vel saltim in processu debere discernere, & declarare fundum feudalem, nec alternatiuè locũ esse ex d. §. qui autem. nam alternatiua obscuritatem parit, & in d. §. ex facto. rei conuenti incertitudo proueniebat, non ex facto eius, qui conuenitur, sed ex facto vasalli, qui prædecesit.* Opinio Guido. de Suza. & Iacob. de S. Georg. in hoc Regno, & in hoc processu appræhen-
37 sionis minus dubia est, † cum enim sit certa apprehensio bonorum, etiã propositio, circa bona certa, & in diuiduo dari debet, nec admititur aliqua ratione alternatiua. Tum etiam noster casus minus dubius est, ibi enim agitur in processu & actione rei vendicationis ordinaria, & nulliter odiosa, hic autem agimus quadã actione penali commisi, & priuationis, quæ multo magis requirere videtur petitionem nulliter obscuram, neque

neq. ambiguam prætextu alicuius alternatiuæ, sequitur Iacobinũ Bosſi. in tit. de Principe. num. 247. Roland. conſ. 82. nu. 17. lib. 2. Borgnin. Deciſ. 36. num. 503. p. 2. eleganter & omnino videndus ad propoſitum Surd. conſ. 51. num. 49. melius conſ. 311. a num. 18 addens hęc verba. *Cum non ſufficiat dicere, quod extabant terræ feudales, niſi etiam probetur, quod hæc illæ ſint, poſſitque eſſe, & non eſſe, quod hæc bona ſint feudalia, & conſequenter probatio ſit dubia, quis erit tam animoſus iudex, qui auſit ea feudalia affirmare, cum dubia probatio retorquenda ſit contra producentem*, additque hæc alia verba ad propoſitum magni momenti. *Augetur argumentum, ſi nullis exiſtentibus fundamentis in contrarium, argumenta domini actoris non concludunt per neceſſe, ſed adhuc ſunt dubia, quanto magis erit dubia eius cauſa? tot accedentibus coniecturis contrarium ſuadentibus, quæ vbi etiam plena facta eſſet probatio, ſufficerent ad illam elidendam*, hęc Surd.

Si autem his aſſeuerat animoſum eſſe iudicem, quem non retrahit a pronuntiando dubium probationum,
38 † multo magis id in noſtro caſu procedere debet, vbi ipſimet teſtes adhibiti ad probationem identitatis, qui vt vicini, melius noſcere poterãt qualitatem bonorum, diuerſitatemque, adhuc tamen fatentur,
39 penitus ignorare, † quę bona ſint tributaria Cæſarauguſtanæ Sædi, quę autem Diuæ Mariæ del Pilar, propter mixturam omnium, & mutationem maximam totius ſuperficiei eiuſdem diſtrictus. Ita etiam non mirum in præſenti caſu ſic dubium & incertum reperiri animum
40 iudicis, præſertim † in re tam antiqua, vbi ex eo identitatis probatio eſt longe difficilior. *Propter alienationes enim bona confinantia & confinata ſunt ſimul mixta & confuſſa de pluribus petijs terrarum effecta & reducta in vno predio, veſtigia aliqua confinium antiquorum non apparent, omnia denique ſunt mutata.* Sic deſcribit ad litteram horum bonorum ſtatum Sim. de Præt. lib. 5. de inter. vlti. volunt. dub. 4. num. 334. fol. 554. Et in caſu ſimi-
41 li ratione huius incertitudinis † anno 1601. 20. Decembr. D. Ludouicus de Bardaxi conuentus a Domna Marianna Diez de Gueuara in proceſſu ciuili abſolutus fuit in hac Regia Audientia, quia cum eſſet conuentus, vti hęres D. Ioannis de Bardaxi eius parentis, & Domna Mariana actrix teneretur probare, quæ bona remanſerunt libera, & hęreditaria dicti Don Ioannis tempore eius mortis, quæ ad concurrentem quantitatem ab ipſa petitam acccederet, quia tamen teſtes de his bonis hæreditarijs expreſsius deponentes, in ſuis depoſitionibus domos ipſas aliàs vinculatas, cum bonis liberis miſcebant, ex eo declaratum fuit, ſic eſſe reddita incerta eorum dicta, vt neque domibus exceptis, conſtare potuerit ex illis, quę alia bona libera eſſent reſidua, ex cauſa depoſitionum ſic miſcentium libera bona cum vinculatis, ſic autem in proceſſu fundamentum hoc exprimitur, *& licet aliqui ex eis* (teſtibus) *quantitatem certam deſignent, cum tamen eam ſimul cum domibus Cæſarauguſtæ exiſtentibus coniungant, quas vinculatas & de bonis maioratus exiſtere ex ſcripturis, & documentis in proceſſu exhibitis eſſe conſtat, eis deductis, quas cuius valoris*

eßenon apparet, quæ autem quanta quantitas bonorum, seu hæreditatis remaneat, non constat, vt sic ratione incertitudinis, vsque ad quam summam hæreditas D. Ioãnis D. Ludouico delata ascendat, ignoramus, cum autem probatio dubia, & incerta sit, sententia certa proferri non potest; hæc domini iudices in dictis motiuis, vbi incertitudo ex sola mixtura in deponẽdo aderat, hic autem mixtura hęc ex facto ipsius partis processit, nec solum miscent testes bona Emphiteutica cum liberis, sed libenter fatentur iudicium facientes, incertum illis videri, quæ sint bona libera, quæ itidem Emphiteutica.

NON obstãt quæ ex aduerso obiiciuntur contra hæc; non primum deductum ex præsumptione iuris, quo omnia compræhensa intra fines bonorum feudalium eiusdem qualitatis esse pręsumũtur. Hoc enim fallit,
42 vbi intra fines feudales † adsunt aliqua bona allodialia, quia, vt asserit Hostiens. in c. nimis. de iure. iur. fortior est præsumptio, quæ adest pro bonis liberis cum iure primeuo omnis terra libera sit, & hæc præsumptio præualere debet pręsũptioni ex aduerso cõsideratæ. Nec vt dicebat Abb. in c. diligenti. de pręscript. admittitur ea coniectura, nisi respectu dominij iurisdictionalis, non proprietatis. Ita vt, & si iure dominico, & iurisdictioni translatæ per tributationem, omnia quę sunt intra dictos terminos, videantur subiacere, quo ad dominium particulare, secus dicẽdum est. Num etiam, quia Princeps suppremus ea pręsumptione prætendere non potest dominium particularium rerum ex glo. in l. bene a Zenone. C. de quadri. pręscript. ita ergo non mirum, quod & in domino particulari idem dici debat. Tum & quia præsumptio resultans ex eo, quod videantur domini, quæ intra eius territorium sunt, est generalis, at hęc alia, quæ prouenit ex eo, quod aliqua bona libera reperiuntur, est specialis, & descendens ab illo iure primeuo, quo omnis res libera præsumitur, ideo pręualere debet probationi genericæ, argumẽto l. item apud. §. hoc edictum. de iure. iur. l. diuus. cum similibus. de in integ. restit. Bald. in c. naturales. si de feudo fuerit controuersia. Et hæc fundamenta ponderans pulchre ad propositum tradit Afflict. in c. 1. de controu. inter masc. & fœmin. num. 10. & sequenti addẽs in vers. Secunda nisi. quod vbi intra fines feudi adsunt possessiones burgensaticæ conuicinę, tunc nulla ratione habet locum præsumptio dicta, sed potius necessarium esse, expresse pro
43 bari † quę sint bona feudalia, idque asserere Andream de Isern. ibidem, & colligi ex verbis finalibus eiusdẽ capitis 1. de controu. inter mascul. & fœm. additq. ita fuisse decissum de facto per duas Regias sentencias in causa Ducis Grauinæ, prout idem testatur referens eadem fundamenta in Decis. 267. quæ etiam prosequitur Roland. cons. 46. a numer. 39. lib. 3. Borgni. Decis. 36. a numer. 499. p. 2. Surd. in d. Decis. 151. a num. 65. Hæc autem veriora sunt, vbi disputatur de
44 † prædijs rusticis, quæ vt sint feudalia, seu Emphyteotica clariores probationes requiruntur, vt singulariter dixit Craue. cõs. 662. nu. 11. Surd. cõs. 311. nu. 6. Borg. Decis. 36. nu. 508. p. 2.

SECVNDO Respondeo, ex testibus constare, multo plures esse
45 partitas † compræhensas in huiusmodi districtu, liberas ab hoc tributo,

quam subiectas, vt patet ex testium depositione, ex quibus colligitur excedere confines hũc numerũ 400. iugerum, & portionem, quæ videtur subiecta illi, esse minimam. Vbi autem intra limites sunt plura bona libera, quam feudalia,
46 ✝ non habet locum præsumptio dicta, sed cum præualeat qualitas libertatis bonorum in districtu, compræhensa intra eos fines, potius dicentur allodialia, & fundamentum constituens in qualitate Emphiteusis, & feudi, probare tenetur. ex c.1. in fin. de controu. inter mascu. & fœmi. ibi. *Vt si magna eorum pars, quæ vassallus ibi tenebat, feudum sit*, tradit ibi Andr. de Isern. nu. 3 Affl. num. 6. Curt. Iun. de feud. par. 2. q. 6. num. 40. & cons. 41. num. 2. cons. 140. num. 10. cons. 158. num. 2. Menoc. lib. 3. præsumpt. 102. num. 11. Surd. cõs. 151. num. 26. & seq. Immo etiam si
47 maior pars sit feudalis, ✝ minor non præsumitur nisi libera, vt contra Curt. Iun. in d. tit. de feud. tenet Belo. cons. 10. num. 12. dicens in consilijs eundem Curtium sibi met contrariũ esse in hoc, sequitur Valasc. de iur. Emphyt q. fin. num. 11. Ergo vbi apparet minorem partem territorij esse affectam huiusmodi tributo, præualere sic debet præsumptio libertatis, vt intentionem suam dominus directus euidentius probare debuerit, quam sola iuris præsumptione.

TERTIO respondeo, ex eo etiã destrui omnino dictam præsumptionem, quia constat, quo titulo acquisierit dominus vtilis bona, quæ testes dicunt esse libera, vt nulla ratione dici possint Emphyteutica, si enim
48 quilibet titulus emptionis ✝ liberæ tollit a bonis seruitutem præsumptam, ita, vt dominus directus probare illam teneatur, ex Andr. de Isern. in d. c. 1. §. quidam tamen. in additione tit. de controu. inter mascul. & fœmin. quem sequitur Alber. Brun. in d. cons. 127. col. 7. vers. Quod si quartã. Surd. in d. cons. 151. numer 33. & seq. a fortiori, vbi testes expresse deponũt bona fuisse habita post inuestiturã, seu tributationem libero titulo emptionis,

Immo & notorium est hæc bona ab vltimis dominis vtilibus de nouo acquisita fuisse, non ergo compræhendi debent inter Emphyteotica, non enim potest extendi ex præsumptione dicta qualitas Emphyteotica, nisi ad bona, quæ a tempore tri-
49 butationis ✝ a domino vtili possidentur, nec præsumptio possessionis præsentis ad præcedentem infert. Bald. in l. ex persona. C. de probat. Socin. cons. 89. col. penult. vol. 1. & sufficit nõ
50 probari ✝ primum inuestitum possedisse, & potuisse postea a successoribus ea adquiri, vt emphyteotica nõ præsumantur, vt eleganter Surd. in d. cons. 151. a num. 58. vbi a num. 60. addit, nullum inconueniens resultare ex eo, quod successor titulum ac-
51 quisitionis ✝ nõ ostendat, cum enim sit successor, iustam habet ignorantiæ causam. l. qui in alterius. de reg. iur.

Si ergo sola præsumptio non acquisitæ possessionis bonorum a primo Emphiteota, etiam ignorato titulo, sufficiens est caussa ad tollendam præsumptionem qualitatis Emphyteoticæ, multo magis suffi iet proba-
52 tio ✝ euidens, & clara testium, ex qua constat bona libera non fuisse possessa a primo inuestito, & a successore fuisse acquisita titulo Emptionis,

vel alias. Immo & in fortiori casu sufficit etiam possessio habita a domino vtili † ante inuestituram, vt ex
53 ea superueniente non sint effecta ea bona qualitatis Emphyteoticę cum alijs bonis, hocque omni dubio carere etiam leui, tradit Sola in d. tom. 1. tit. de iur. Emphit. decret. rempublicam. p. 3. glos. 1. num. 10. Surd. d. cons. 311. num. 51.

QVARTO sufficit in præsenti ex fundamentis iam relatis, ambi-
54 guum † saltim reddi, quæ sint bona feudalia, & quæ Emphyteotica, ideo dicta pręsumptione nihil resultare poterit ad tollendam huiusmodi ambiguitatem, vt tradit Surd. in d. cons. 151. num. 63. vers. Tertio responderi potest.

QVINTO, ex verbis tributationis apparet non simpliciter, & absolu
55 te terras † compręhensas in his finibus concessas fuisse, sed eas tantum, *a nos, e a la dita iglesia, e beneficios nuestros pertenecientes*, vt dicit instrumentum, hęc enim conditionalia sunt, & compræhenduntur ea tantum, quæ aliter pertinere constabit, tradit Belon. in d. cons. 10. a numer. 11. Curt. Iun. cons. 41. cons. 158. num. 30 & iudicauit Senatus Neapolitanus ex Affl. in d. Decis. 267. Crauet. cons. 293. nu. 5. & in cons. pro genero. numer. 426. vers. Prior casus. Boss. de Princ. nu. 253 Roland. cons. 44. vol. 2. cons. 2. a nu. 16. vol. 3. & in causa magni ponderis ita fuisse iudicatum tradit Iul. Clar. in. §. feudum q. 18. Petra de fideicō. q. 13. num. 503. & seq. Surd. cons. 127. num. 46. Pelaez. p. 4. de maiora. q. 20 num. 4. & hanc esse crebriorem, & secundum eam communiore calculo iudicasse Collegium Taurinense dicit Sola in d. glos. 1. num. 14. late Raud. lib. 1. de annalog. c. 34. nu. 348. Menoc. lib. 3. præsumpt. 101. a nu. 6. Si enim ipsa met scriptura originalis Emphyteusis incerta, & dubia est, non potest efficere, vt omnia bona Emphyteotica præsumantur, incerta enim causa non potest, nisi incertos effectus parere, vnde aduersa
56 pars tenebatur † liquidissimis probationibus in processu monstrare, quæ essent bona pertinentia iuribus, & dominio concedentis ad tributum, & quæ portio terræ intra eos confines erat propria domini directi, nec satisfacere poterat sola pręsumptione contentorum intra confinia.

SEXTO, constat ex processu, bonis de quibus agitur contigua esse alia, quę subiecta non sunt huiusmodi tributo, sicuti autem ex vicinitate oriri solet præsumptio seruitutis aliorum bonorum, vt si terræ vicinę feudales sint, etiam aliæ pręsumantur tales, ita etiam dici debet e contra,
57 vt liberæ pręsumantur, † si sunt contigua liberis, vt enim asserit Albert. Brun. in d. cons. 127. col. 7. vers. Quod si aliam, & tertiam. ex qualitate circūstantium prędiorum dignoscitur, an res sit feudalis, vel allodialis, non enim est verosimile, quod inter media sint ab extremis diuersę naturæ, ex reg. l. hęredes palam. §. si quis post. de testam. tradit in his terminis Surd. in d. cons. 151. num. 28. & duobus seq. & cons. 311. num. 9.

58 SEPTIMO, ex fama publica † de qua in processu constat distingui qualitatibus prædia a prædijs, & si omnia compræhensa intra eosdem fines: at hæc fama & reputatio in antiquis sufficiens est. c. veniens. 1. de testi.

testi,& relati ad propositũ a Surd. in d. conf.151.nu.32.

OCTAVO etiam idem conuin citur ex diuersitate nominum, aliæ enim dicuntur, *tierras de San Saluador*, alię *de Santa Maria*, hęc autem di
59 uersitas nominis † in essentia, & qua litate diuersitatem constituere vide tur l.si idem.C. de codicil. nec præsumitur extendi qualitas hæc nominis de S. Saluador ad alias terras, seu prædia, nisi probetur, vt in terminis tradit Crauet. in dict. responso pro genero.nu.425. Roland. conf.2. num.18.lib.2.Menoch.conf.409. nu. 76. optime ad propositum Surd. in d.conf.311.a num.28.

Hinc satisfieri potest secundæ obiectioni, dicitur enim præsumi omnia hæc prædia comprehensa fuisse in concessione ad tributum. Contrarium enim constat ex his, quæ dicta sunt, & possessio probata per tot testes, ex quibus constat, ea vti libera & allodialia fuisse possessa, & patet,
60 ex obseruantia † subsequuta, illa nõ fuisse comprehensa in illo priori titulo Roma.conf.271.numer. 4. Cuman.conf. 162. col. penult. Becci. conf.101.num. 49. Crauet. conf. 293. vers.21.Iose. Ludo. in communibus tit.de consuet.illat.12.& 48.

NON obstat tertio Domnam Franciscam Cornel, & Domnam Marchesiam de Moncayo in capitulis matrimonialibus eiusdem Dõnæ Franciscæ cum Domino de Cetina, fateri bona ab ipsis possessa esse emphyteotica Charitaterio & Archidiacono, & in 24. articulo nostræ propositiones asserere Collegium bona apprehensa esse eadem cum contentis in dicta capitulatione, & ex consequenti; quod videmur fateri bona appræhensa esse subiecta dicto censui. Primo enim respondeo in dictis capitulis Domnam Marchesiam, & Domnam Frã
61 ciscã † non asserere, omnia contenta in confinibus Marecę subiecta esse emphyteusi, sed id tãtum, quod fuit concessum, scilicet generale dominium eius. Particularia autem bona expresso specialiter loco, vbi sita sint prædia tributaria, hoc inquam non constat, nec tollitur hæc ambiguitas prædicta confessione, vti relata, & restricta ad verba ipsius met concessionis, vti solet emphytheota confiteri eum habere bona censui subiecta, ne alias negando qualitatem hanc, subijciatur alicui caducitati. Inde autem inferri non potest aliqua confessio huiusmodi
62 † ambiguitatem tollens, & locum, ac situm particularem designans, vt in his terminis idem videtur respondere similibus confessionibus Menoch. in dict. conf. decisiuo 854. num.16.

SECVNDO respondeo, etiã si adfuissent confessiones expressæ, adhuc non pręiudicarent libero statui præsumptiuo bonorum, nec ex
63 dicta confessione † qualitas eorumdem mutaretur, vt tradit Alex. conf. 29.nu.25 vbi additio lib.5.& fuisse iudicatum per l. cum falsa. C. de iur. & fact.ignor.tradit Boss.de Princ.numer.253.in fi.Cephal.conf.369. n.143. Sola.in d.decret.Rempublicam.p.3. glos.1.nu.14.fol.29. hic autem error notissimus esset, cũ notorie constet, etiam ex facto ipsius met Domnæ Marchesię, & Ioannis Cornel eius mariti, plura bona adiecta fuisse a censu omnino libera.

E TER-

TERTIO respondeo, in d. artic.
64 24. † propositionis nostræ, tantum allegari identitatem confrontationum, in capitulis, & in apprehensione, nullibi autem asserimus, easdem met confrontationes esse etiam tributationis, nec amplius contineri in capitulis matrimonialibus.

QVARTO non obstat, hæc bona, quę nos dicimus libera, adiecta fuisse Emphiteoticis ex alluuione, quidquid autem sic accrescit, † em-
65 phyteoticum fit. ex glos. in. l. 1. C. de iure. Emphyt. nu. 79. Boher. Decis. 69 n. 2. Iul. Clar. in § feudũ. q. 68. Vala. de iur. Emphyt. q. 25. num. 20. Gars. de expens. c. 22. nu. 36. & seq.

RESPONDEO primo, non inde tolli incertitudinem, quia cum
66 augmentum alluuionis fiat eiusdem † naturę cum prædijs, quibus accedit, simile enim fit ei, vt dicit. I. C. in l. si ego. § idem ait, de publican. l. 4. de iur. dot. Bapt. Aym. de alluuio. lib. 2. c. 9. & c. 10. num. 19. & c. 16. cum in præsenti, siue Domnę Marchesię, siue aliorum, adsint bona libera intra dictos confines, liberũ etiam erit augmentum, si adiectum fuerit dictis bonis liberis, aut saltim si incertum est, quæ pars terræ sit tributaria, eadem incertitudo necessario aderit in augmẽto alluuionis, quod non solum nõ tollit dubium, sed auget, cum addantur prædia sub eadem ambiguitate qualitatis bonorum.

SECVNDO respondeo, notoriũ
67 esse, † idque constabit cuilibet vidẽti situm partitæ, quæ vulgo dicitur de San Saluador, eam sic esse in medio dictorum confinium, vt circundata sit prędijs diuersæ qualitatis, ideo nulla ratione augmenta alluuionis adijci potuerunt dictę partitæ, sed vicinis, & proximioribus, quę cum cõstet dicto tributo Cæsaraugustanæ Sedis subiecta non esse, nec id erit de petijs terræ illi additis.

TERTIO respondeo, si (vt ex Surd. & alijs superius probaui) constare debet bona fuisse possessa a domino directo concedente Emphyteusim, & ab eo tempore translata fuisse in Emphiteotam, nec in dubio præsumendum esse bona alia acquisita eodem titulo, sed alio etiam omnino diuerso, licet is nec probetur, nec allegetur: ita etiam in dubio, licet videamus adiecta prędia hæc alijs, dicendum non est ex eo præ-
68 sumi † adiecta per alluuionem, bonis Emphyteuticis titulo Empyteotico, sed alio quouis, dummodo non sint eiusdem naturæ, & qualitatis.

QVARTO, hoc minus dubium est in hac materia pœnali, vbi ad euitandam priuationis pœnam, † po-
69 tius debet præsumi augmentum hoc additum fuisse bonis liberis, quam Emphyteoticis prout videmus in eo, qui simul locator, & emphiteota est, si emat aliqua prædia, quæ alijs adijciat, ob causam euitandæ pœnæ, pręsumitur ea emisse potius, vt locator, quam vt emphiteota vt optime probat Alciat. cons. 28. num. 8. Corbul. de causa priuat. ob non solut. ampliatione. 36. nu. 2.

QVINTO ex processu non con-
70 stat immediate † ex alluuione prædia hæc fuisse quæsita domino vtili, testes enim indefinite, & simpliciter dicunt, *que algunas tierras de aquellas, son dejas del rio Xalon*, inde autem non infertur per necesse, tanquam incrementa alluuionis immediate fuisse quæsita

quęsita Emphyteotæ, nec pręsumendum est, præsertim in pœnalibus, vt modo dicebam. Immo aliqui testes expressè asserunt, hæc incrementa fuisse empta a Ioanne Cornel, præsertim Dominicus Gil dicens, *que cō pro Iuan Cornel pedaços de sotos, y dejas del Rio, de Thomas de Soria*, si autem ea fuerunt acquisita titulo emptionis a Domino vtili, effecta non fuerunt qualitatis alterius partitæ tributaria, vt modo dicam.

QVINTO non obstat, quod hæc bona, etiam titulo emptionis addita, sortiuntur naturam & qualitates prędiorū, quibus adiecta sunt. Respondeo enim, id non procedere
71 in prædijs † emptis, quæ per se stare possunt, vt ex. §. e contrario in c. 1. de inuestitu. in re alien. tradit Bald. nu 1 dicens, quod si vasallus iuxta rem feudalem emit alienam ei coniunctam, talis res empta non censetur iure feudi, quia per se stat, nec obstare dicit l. cum fundo. de lega. 2. & similes, quia ibi erat dominium vniforme, hic autem non, & notandum est, Baldum ex eo solum decidere non fieri rem emptam feudalē, quia erat prædium, ex eo enim per se solum stare poterat, prout expres-
72 sius colligitur ex contextura † ipsius met. §. e contrario, ibi. *Siquidem tale sit quod adiectum est, quod per se subsistere possit, id est, vt per se censeatur, vt prædium, id non accrescit feudo.* Hinc iure dixit Craue. in d. consi. 662. nu. 11. relato supra, simul & Surd. ac Borgni. in prædijs rusticis, ex eo probationes clariores requiruntur, vt efficiantur feudales, vel Emphiteotici, quia, cū per se censeantur prædia rustica, vt dicit d. §. e contrario, hinc nascitur specialitas in eijsdem, ne fiant pars integralis alterius prædij, cui adijciū tur, sequitur etiam Bald. Paul. in l. 1. num. 6. de rerum diuis. Nata consil. 267. in fin. Rolan. cons. 32. num. 22. lib. 4. & alij, quos sequitur Surd. in d. cons. 151. num. 59. Borgni. d. Decis. 36. num. 507. Et augmentum, solum vbi
73 est inseparabile † reuertitur ad dominum directum bonorum Emphyteusis, aliàs autem, quod potest separari, & vt quid diuersum est additum, & a re feudali separatum, quod per se stare potest, veluti quando vasallus emit prædium rusticum, vel vrbanum, iuxta rem feudalem, etiam, vt illi accederet, & inseruiret forte causa maioris commodi iuxta l. prędijs. §. valeas cum seq. de legat. 3. tunc istud meliorамentum pleno iure vassallo adquiritur, ita dicit Beroi. q. 96. num. 4. quē sequitur Corbul. de causa priuat. ob non solu. ampliatione. 35. num. 2. optime Ioan. Gars. de expens. c. 6. nu. 20 ergo, etiam si emptis his fundis ex causa commodioris vsus dominis vtilis terminos ammouerit, non tamen sic eos miscere voluit, vt omnia etiam suis proprijs pecunijs, & labore de nouo quæsita, eijsdem pœnis, & caducitati voluerit subijcere.

SEXTO, non obstat testibus asserentibus emisse dominos vtiles prædia aliqua standum non esse, quia in Regno emptio non aliter probatur, quam instrumento. obseru. item de consuetudine Regni. de probat. Mol. verb. venditio. in prin. Facile enim obiectum hoc tollitur, hic enim non
74 allegamus emptiones † prętextu inclusionis, sed vt appareat bona libera esse penes dominos vtiles, sicque accessorie de titulo quærimus, si autem illa incidenter fit, admittitur probatio testium, vbi alias instrumenta

75 lis † neceſſaria erat, ſi principaliter id probandum eſſet, ex notatis a Valaſ.de iur.Emphyt.q.7.nu. 35.& ſequen.Secundo etiam dicendum eſt, quod ſi ex Surdo,& alijs ſuperius relatis,vt bona libera ſint non ſubiecta oneri Emphyteotico, neceſſa-
76 rium non eſſe titulum † ſpecialem oſtendere, vnde proceſſerit ius in dictis bonis,multo minus erit neceſſaria ad eundem met finem iuſtrumentalis probatio tituli, ſed abundans probatio erit,illum ex teſtium depoſitione colligere.

SECVNDA PARS.



N hac ſecunda parte agendum eſt de caducitatis pœna, ex cauſa non ſolutæ penſionis: in hanc autem Charitaterius incidiſſe Collegium ait, quia ſoluta non eſt ſibi penſio ducentorum ſolidorum, & ſic abſolute priuatus eſt illius exactione. Archidiaconus autem, quia ſibi aut ſuo ceſsionario, aut procuratori eius, tempore in tributationis inſtrumento expreſſo non fuit facta ſolutio,nec poſtea a procuratore recepta alicuius momenti eſſe potuiſſe.

Prius agens de aſſerta caducitate a Charitaterio prætenſa,vt dixi in proceſſu,ſolum deducit,ſibi non ſolutam penſionem ducentorum ſolidorum, quolibet anno debitam. Pro parte autem Collegij Societatis replicatur, penſiones illas fuiſſe ſolutas per longum tempus,ſcilicet vltra decem annos Cæſarauguſtanę Sedi, vt pote directo domino, idque ſufficere, ne aliqua pœna ſit incurſa ex negata ſolutione,ſunt enim exhibitæ in proceſſu decem apocæ vſque ad annum 1600. incluſiue, in quibus quantitatem hanc Sedes prædicta recepiſſe fatetur prætextu cenſualis,aut tributi Villæ de Mareca. At hanc continuatam tot annis ſolutionem penſionis, indubitatum eſt Charitaterium non ignoraſſe; ex ea autem pręſumpta ſcientia deducitur quędam eius ratificatio ſaltim tacita directi
77 dominij,idque † excuſat a caducitate Guido Papæ Deciſ. 173. poſt nu. 4.Tiraq.de retract.lign.§. 9. gloſ. 3. num.16. Corbul.de cauſ. priua. ob non ſolut.canon.limit.8.Magon.Deciſ.Floren.70.a nu. 6. Coſta de fact. & iur.ignor.cent.1.diſtinct. 85.num. 7: Ex longi enim temporis poſſeſsio
78 ne † deducitur hæc ſcientia, & ratificatio.l.ſi filius.C.de peti.hæred. Doctores in l.1.C.qui admitti, vbi Iaſon. num.10.& 16.Bolognet.num.13.& in terminis noſtris late ad propoſitum Burſa.conſ.253. a num. 32. Pręſertim in eadem Sede & Eccleſia reſidentiam habente Charitaterio, veriſimiliterque ſuorum iurium non ignaro,coram eius enim conſpectu ſolutionem cenſus ſibi debiti, impoſsibile videtur factam eſſe alteri eo ignorante,& inuito.

SECVN-

SECVNDO ex parte domini vtilis prædicta solutio etiam alteri facta sufficiens videtur, nam ad euitandam hanc pænam, sufficit solutionem fieri institori aut exacto
79 ri, † qui est in possessione recuperandi censusex Guido. Papæ in d.decis. 173. post nu.4. & alijs superius relatis. Esse autem in possessione recuperandi hos census exbina † tantũ solutio-
80 ne deducitur. Petr. Iacob. in libello petitionis redditũ. vers. Item credo Benedict. in c. Raimuntius. verbo & vxorem nomine Adelasiam. n. 438. Foller. de censib. verbo huiusmodi census, num. 101. quos sequitur Surdus Decis.10. num. 10. si autem duplex solutio sufficit, hæc continuata decem annorum in nostro casu, multo magis legitimam reddet solutionem, vt nulla adsit in præsenti cadu
81 citas. Decenij enim solutio † præsupponit titulum, & obligationem soluendi, Bart. in l. cum de in rem verso num.14. vers. Sed si non soluisset, de vsuris, vbi Fulgosius, num.9. Couar. In regula possessor par.2. §.4. num.2. & obtentum in regio Senatu Vallisoletano dicit Blasius Flores, lib.2. variar. quęst.2. nu.43. tradit latê Gaspar Rodericus de annu. reddit. lib. 1. quęst. 15. a num.5. cum sequentibus, Menoch. lib.3. pręsumpt.131. num.59. Ideo in præsenti videtur nulla ratione dubitandum, de legitima causa soluendi censum alteri, quàm Charitaterio, vt penæ commisi locus non sit.

TERTIO hæc omnia veriora sunt in hoc casu, vbi instrumentis etiam ex aduerso productis con-
82 stat, Sedem Cęsaraugustanam † esse directam dominam villę de Mareca, titulo enim donationis à Rege Alfonso eam habuit, & in instrumento cuiusdam compromisi in processu exhibito, vbi ex vna parte domini directi, & vtiles dictæ Villę, cum domino, & vassalis villę de Epila anno 1467. transigentes, dicitur, Capitulum. Et Canonicos Sedis cõpromittere, *como proprietarios e señores de Mareca y sus terminos*. Et in alia clausula eiusdem compromisi dicitur expressè, capitulum dedisse emphyteotico titulo Petro Cornel, & successoribus: ea autẽ verba, etiam si essent enũtiatiua, in antiquis sufficiunt ad probandum huiusmodi dominium; saltim ad effectum probandæ solutionis legitime, & absq; pæna comisi. Vnde licet instrumentum tributationis asserat, Archidiaconũ & Charitaterium emphyteoticare hanc villam, id dicitur *de voluntat e consenso del honorable Micer Domingo Doliet Cononigo & Obrero de la dita Seo, procurador de los honorables Prior & Capitol de los Canonigos de la dita Seo &c.* Et in fine instrumenti additur etiam ratificatio eiusdem capituli in vim dicti mandati, innuens cõsensum huiusmodi vti propietarij & domini directi adhiberi.

Idq; indubitatum est, quis enim asserere potest dominium & proprietatem bonorum Ecclesiæ, penes di-
83 gnitates, Canonicos, † aut alias præbendas Ecclesiæ Metropolitanæ reperirisvt in hac eadẽ sede Cæsaraugustana expresse determinauit Rota Decis.127. &.146. par.1. in nouis. dicentibus dominis de Rota, bona huius capituli Cæsaraugustani a principio fuisse concessa Dignitatibus in administrationem, ad hunc effectum, vt ex eorum redditibus darentur Canonicis necessaria ad victum,

tantumque substitui dignitates in locum pręposit, qui nudam tantum habebat administrationem. Idque colligunt domini de Rota ex instrumētis exhibitis in ea causa, vbi præsertim disputatum fuerat de iuribus & titulis prębendarum, seu dignitatum in bonis capituli. Vnde cum tantum habeat Charitaterius administratoris titulum remanente dominio directo penes Capitulum, nullus vnquam dixit pœnam commissi habere locum, si non administratori, sed principali soluatur pensio, eaq. non vnica sed per decennium continuata, vt in hoc casu.

NON obstat præsumendam esse aliam pensionem, & alium censum procedentem ex diuerso iure, cum pro se habet Charitaterius instrumētum tributationis, vbi expresse dicitur solutionem pensionis eidem fieri debere, ideo probandam esse identitatem pensionis ab hac parte, vt caducitati locus non sit.

PRIMO enim respondeo, ex pluribus deduci hanc iuris & tituli identitatem, cum enim de consensu Capituli Villam cum omnibus pertinentijs dictæ Sedis ad tributum cōcesserint Archidiaconus & Charitaterius, nullum aliud tributum iungi poterat vtili domino vltra contentū in Emphyteotico instrumento. Nam

84 aliud nouum † onus & grauamen de iure non præsumitur, vt ex Deci.cons.661.num.6.in fi. tradit Cepha.cons.246.num. 15. late Mascar. conclusio.1137. & multo minus creatum in fauorem capituli consentientis tributationi Archidiaconi & Charitaterij, & in eorū pręiuditiū, quale erat, bona obnoxia tributo eis debito alijs tributis & oneribus augere, pręsertim tendentibus ad exclusionem iuris Charitaterij: sunt enim solutæ pensiones capitulo, priuato & excluso Charitaterio, id autem præsumi non debet factum prætextu alterius tributi.

85 SECVNDO Respondeo, de iure præsumi solutionem † factam in vim tituli de quo constat Bart. in l. 1 §.parens.si quis a paren.fuer. manumis. Alex.cons.25.num.8.lib.2.Mandel.cons.9.num.13. Sed non constat de alio iure emphyteotico, hoc excepto, de quo in præsenti causa, ad illud ergo referri debet solutio hęc. Tum & quia in processu alia emphyteosis nō apparet hac vna excepta, nec aliqua alia obligatio soluendi censum, ergo solutio non præsumi-

86 tur facta, nisi in vim † causæ & tituli expressi. Bal.cons.168.ad med.lib.4. Areti.cons.35.col.3.vers. Et cum dicebatur. Crauet.cons.158. numer. 13. cons.198.nu.2.etiam si differret quā-

87 titatis † solutio ab ea quæ instrumento continetur, idem Craue.cons.524. num.8.optime Alcia.cons.107. a nu. 4.lib.8.Honded.cons.35.a num. 46. li.2.Quid erit vbi, prout in hoc casu, identitas adest summæ, a fortiori enim diuersitas tituli præsumi non debet, in terminis nostris optime ad propositum Pedroch.cons. 36.a nu. 107.cum seq.

70 TERTIO imaginarius titulus emphyteosis Cæsaraugustanæ Sedis, nihil reale aut actuale habet, sicque nec ius aliquod compellendi ad soluendam pensionem continet, nec ius comissandi, aut expellendi dominum vtilem: his autem actus tributationis hæc omnia expresse & iuxta literam

literam instrumenti;itaque hic certa sunt omnia,in eo omnia incerta,immo & ipse met titulus originarius, de eo non appareat:cũ quo casu præ
88 sumitur sẽper facta solutio † ratione debiti certi,ad eumque refferri debet,non ad debitum incertum & dubium.l.1.de solution.l.si is cui.§. Flauius.ff.eod. & vtrobique Doctores, Menoch.cons.121.numer.40.& lib.3. pręsumptione 136.nu.12.& expressus titulus continet pœnam,incertus nullam,ideo solutio etiam facta præsu-
89 mitur † in vim tituli pœnalis. d.l.1. in prin.l.10.tit.14.partita. 5.ibi. *Et si por auentura debda y houiere alguna que fuesse mas agrauiada que las otras por razon de pena que fueße puesta en ella , o por otro agrauiamiento semejante, estonce deue ser contada la paga tan solamente en tal debda como esta,que es mas graue.* vbi Greg. Lopez,tradunt Doctores in d.l.1.Meno.d.præsum. 136. nu. 4. Hic titulus cõtinet priuilegiatam executionem,tacitus nullam, ideo
90 præsumitur solutum debitum † grauius ex Doctoribus in d.l.1.post Bart. idem in l.si quid.& in l.cum ex pluribus. num.2.eod.tit.de solution. optime Imola in d.l.1.col.5.dicens solutum simpliciter cedere in causam habentem executionem magis rigidã, cum & semper quis in causam duriorem soluisse censeatur, sequitur Laderchius cons.162.num.2.Corbul.de caus.priua.ob non solut.ampl. 5. numer.13.

QVARTO hæc omnia veriora sunt in terminis nostris,ex aduerso enim prætenditur caducitas ex nõ soluto canone, inferendo solutiones a nobis exhibitas, alterius esse debiti,idq. colligitur ex pręsumptione re
91 sultante a duersitate personarum, † quæ videntur in emphyteosim concessisse,& nunc recepisse solutionem. Cum autem ista diuersitas tituli in Alio fundamentũ nõ habeat, quam in præsumptione diuersitatis personarum,pręualere debet contraria præsumptio identitatis ipsius tituli ex superius dictis.Tum & quia ad pœne & caducitatis incursum præsumptio
92 sola sufficiens † nõ est,vt tradit Borg. de vsufruct.num.237.Burs. cons. 143. num.36.dicens ita fuisse iudicatum Mantuę,Surd.decis.221.nu.2. Immo semper debet præferri pręsumptio
93 † huiusmodi pœnam tollens, ideo licet compensatio regulariter non præsumatur nisi probetur, secus ad
94 euitandam caducitatem, † vt defendit Iason in l.2.nu. 60. C. de iure emphy. & solutio ex eo pręsumitur facta cum mandato,Soc.Iun. consil. 139.nu.10.vers. Sed quidquid sit.vol.
95 3.& facta ab eo † qui tenebatur soluere ex Ias. in d.l.2.num.75. Corbul.de caus.priua.ob lineam finitam. num. 112.& de caus.priua.ob non solut. canon.limit.20.num.18. & soluisse pro
96 illo † anno, quo soluere astrictus erat Grat.cons.79.num.8.vol.1.Corbul.de caus. priua. ob non solut. q.1.
97 num.2.& pro re emphyteotica † potius quam pro alia Fulgos.cons.7.Sola in constit.Sabaud.tom.1.tit.de iure emphyt. in decret.licet iure.p.3.glo. 1.in fin.Immo & pręsumitur ignorantia in non soluendo canonem,& do-
98 minus directus † qui expellere vult vtilem, probare tenetur eius scientiã ex Iulio Claro in §.emphyteosis.q.8 num.9.dicens in hoc non fieri difficultatem in practica.Ex his ergo & similibus colligitur, præualere semper præsumptionem pro domino vtili:& licet in alio casu hæc diuersitas tituli probanda non esset,absque du-

bio probandam necessario, vbi prætenditur dominica expulsio & caducitatis pœna, & hæc sufficiant contra eam quæ ex parte Charitaterij prætenditur.

ACCEDENTES ad assertũ comissum doctoris Francisci Peña, insignis Rotæ auditoris & Archidiaconi Cæsaraugustani, respectu eiusdem causæ priuationis ob non solutum canonẽ, potest hæc causa decidi in fauorem Colegij Societatis Iesu, etiam non consideratis specialiter his comissi causis, deffecit enim in salutari assertum comissum, primo enim mandatum Archidiaconi nõ adest, secundo & si existeret, non tamen cum potestate comissandi ex causis allegatis.

AD primum fundamẽtum deffectus mãdati, præsupponendum est,
99 illud in sui prima figura † in processu exhibitum non fuisse, sed tantũ in instrumẽto comissi insertũ apparere licet cũ toto eius tenore. Notarius autem comissi non asserit *hauiente poder para lo infrascripto hazer*: ex insertioneq; asserti mandati Romę facti
100 cõstat, notarium † non esse huius Regni sed Romanum, dicitur enim *y Joan Geronymo Rabaça publico por autoridad Apostolica notario, y descrito en el Archiuo de la Curia Romana &c.* quo præsuposito, nullum resultare mandatum, etiam ex insertione tenoris patet ex sequentibus.

PRIMO quia notario non creditur vt personæ publicæ, nisi in his quæ tempore rogationis successerunt, † in alijs autem est tantum pri-
101 uata persona, & pecularis testis, Innoc. in. c. fraternitatis. de hæret. Bal. in rub. C. de fide instrum. & consil. 286. nu. 2. lib. 2. Feli. in c. si cautio. num. 69. de fide instrum. Crauе. consil. 88. num. 21. & cons. 240. num. 2. Ideo si attestetur de mandato alte-
102 rius † notarij, quia enuntiat factum & rogationem non suam, illi fides adhibenda non est, Autentica si quis in aliquo documento. C. de edendo. vbi Ang. Ias. & alij, idem Ias. in l. iurisgentium. §. quod fere. num. 4. de pact. Alex. cons. 6. num. 5. & 6. vol. 4. Dec. cons. 522. num. 3. Boher. Decis. 281. num. 3. dicit communem Becc. cons. 5. num. 5. & comunem omnium scriptorum sententiam Parlad. lib. 2. rer. quotidia. c. fi. p. 3. § 2. num. 4 Et ã
103 si inseratur † totus tenor instrumenti enuntiati, quia non est aliud quam mera & simplex enuntiatio. glo. in. c. Abbate santi Syluani. in verbo fiat fides. de ver. sig. Pau. in d. auth. si quis in aliquo. n. 5. Curt. Sen. n. 7. Purp. n. 40. Alex. in d. cons. 6. num. 8. Dec. in d. cons. 522. num. 2. & fuisse iudicatũ in cõsilio Neapolitano dicit Afflict. decis. 273. num. 4. tenet Foller. in praxi censual. verbo tenoris & continentię. num. 9. optime Nata cons. 143. col. 1. & 2. & cons. 663. num. 4. Ideoq; inspecta dispositione iuris communis, hic nulliter constare videtur de mandato.

SECVNDO in Aragonia praxis quo ad nostrum casum nihil contrarium introduxit, nec dispotionẽ iuris abstulit, licet enim in substitutione procuratoria stetur notario attestanti de mandato, obser.
104 Item nota. † de procurat. fol. 4. non tamen sic indistincte cuilibet notario & tabellioni priuilegium hoc concessum est Sicuti enim non conceditur notario extraneo † a regno

actiue

actiue, scilicet asserenti, hauient poder, quod eius assertioni fides adhibeatur, absque aliqua alia indagatione, cũ sit priuilegium restrictum ad tabelliones huius Regni vt dicit Molina verbo procurator. fol. 270. col. 2. in fine. Ita etiam nec conceditur
106 passiue, vt scilicet Aragonensis † tabellio atestari posit, hauient poder, respectu mandati extranei notarij: magna enim est diuersitatis ratio etiam in huiusmodi, assertione passiua, inter notarium Regnicolam & forensem. Licet enim in vim obseruantiæ & praxis, stetur dicto tabellionis Regnicolę, vbi se referens ad mandatum notarij Aragonensis, dicit procuratorem
107 ex eo potestatem habere, id † prouenit ex quo tunc præsumitur Aragonensem dicentem legitime testificatum mandatum ab alio eiusdem Regni, scire factum vicini, & connaturalis, ex cap. quanto. cap. quosdam de. presumpti. Bar. in l. 1. si cert. pet. & in l. si cognatus. vnde cognati, & alibi. Id autem pręsumi † non debet in man-
108 dato tabellionis alterius Regni, cuius authoritas ex alterius Principis, & superioris licentia & facultate processit, quæ an legitima sit nec ne, prudentes antiqui practici & & moderni, solo vnius notarij licet Aragonensis iuditio & autoritati noluerunt subijcere, prout Deci-
109 sum † fuit in Curia Iustitiæ Aragonum, in similibus nostræ causæ terminis, in causa Ludouici Lanaja super appræhensione anno. 1557. die. 5. Septembris, refferente Dominico Romeo, cui subscripserunt Ioannes Bardaxi, Iacobus de Luna, & Ioannes de Ribas. Vbi etiam aderat mandatum confectum Romæ, cuius enuntiatio in substitutione continebatur, sub verbis, hauien poder, & tamen substitutio licet confecta a notario Aragonensi, reiecta fuit, simul cum attestatione, hauient poder, vti relata ad mandatum Romæ, cuius juditium etiam Aragonensi notario comissum non fuerat a practicis, neq; ab obseruantia. Afortiori igitur in nostro casu, vbi non versamur in substitutione in qua dicta obseruantia Item nota. disponit, sed in actu comissi, nec adsint verba notarij hauient poder, verius erit originaliter non exhibito mandato, cõmissum nullius esse momenti.

TERTIO non solum hæc vera sunt ex deffectu potestatis notarij comissi, sed etiam ex deffectu voluntatis eiusdem, super hac potestate nolentis testificari; licet enim concesisset illi obseruantia & praxis iuditium in hoc, non apparet ex aliquibus verbis instrumenti comissi, hoc iuditio seu ar-
110 bitrio, † vti voluisse. Cum enim tunc iudicare soleat, vbi adijciuntur hęc verba, *Hauient poder para la infrascripto hazer como a mi notario consta*, vbi non adijciuntur ea verba, aut similia, quæ eisdem æquipoleant, præsumi non debet huius iuditij munus subijsse. Idq; patet nam in instrumento comissi omnia asseruntur
111 ab ipsomet † procuratore Archidiaconi, dicit enim in principio eius. *Como procurador legitimo que soy del muy Illustre y Reuerendissimo Señor Francisco Peña Arcidiano de Çaragoça, &c. constituydo por el dicho señor Arcidiano*

y Auditor sobredicho, mediante instrumẽte publico de poder especial del tenor siguiẽte. In primis enim cum hæc omnia sint verba expressa tãtum partis, nullum autem adsit Notarij, operari nõ possunt idem, ac si ipsemet Notarius dixisset suo nomine, *Como a mi Notario consta.* Nam verba relata ad par
112 tem † non sic debent ad Notarium refferri, ac si Notarius attestaretur, vt in confessione nomine partis enuntiata a Notario pulchre tradit Bart. in l. si ex cautione. col 2. C. de non numer. pecun. vbi Bald. numer. 7. & 8. eleganter dicens, ea tantum esse verba Notarij, quę necessario id indu cunt, idem Baldus in l. 1. C. de confess. num. 42. Ang. in rub. de liter. obligat num. 8. in fine. Doctores in c. si cautio. de fide instrum. vbi Felin. n. 53 Belenginus num. 152. Roma. in l. prædia. num. 4. de acquir. poss. ff. vbi optime Imola, Purpur. in l. singularia. numer. 117. si cert. peta. optime Alciat. cons. 4. num. 7. dicens ea verba non probare, quia potuerunt partes hoc dixisse, & Notarium earum assertionem simpliciter sequi, tradit Mascar. conclus. 1112 num. 17. Bimi. cons. 62. a num. 26.

Idque in nostro casu ex eo pręsertim verisimile est, quia mandatum
113 confectum fuit in loco ita remoto † ac separato, vt multæ parietes & multa aëris spatia intercesserint inter hunc locum & Ciuitatem Romanã, prout in terminis, & non ita longinquo loco considerabat Nata cons. 162 num. 15. Idque pręsefert ipsamet contextura instrumenti. si enim
114 Notarius † iudex esse voluisset, multo breuiori stylo dixisset, *como a mi Notario consta*, nec superfluam & superuacaneam insertionem totius tenoris ad huiusmodi effectum adiecisset: cum autem non ea verba, sed totus tenor insertus sit, non censetur additus solũ vt videri posit quousque mandatum extenderetur, sed etiam vt fides eius & vis penes idem mandatum seu relatum instrumentum, non penes Notariũ refferentẽ adesset. Idque communis & vsitata praxis Notariorum habet, semper enim vbi mandata sunt forensia & extra Regnum confecta inseri solet
115 totus † tenor, non solum vt mandati fines videri posint, sed vt robur eius in ipso maneat. Sicuti enim in Ara
116 gonia † partis ignotæ contractum recipere non solent, nec debent Notarij ex for. por tirar de tabellio. ne sibi assumant onus hoc graue incertitudinis contrahentium, vt in indiuiduo rationem hanc considerat Roiz us. Decis Lituan. 2 num. 21. non mirum quod nec præsumi debeat Notarium se fideiussorem aliqua ratione constituendo, credere & iudicare mandatum sibi exhibitum legitimũ esse.

NON obstant quæ ex aduerso contra hæc obijci possunt. In primis sententia lata in hac Regia Curia in causa ciuili Villæ de Maella, vbi iu-
117 dicatum fuit, † verba enuntiatiua mã dati nomine contrahentis, ac si fuissent Notarij, habuisse effectum attestationis eius, nec amplius curandũ de exhibitione originalis. In pluri-
118 bus enim † diuersa est omnino illa attestatio ab ista de qua loquimur. Primo enim ibi Notarius mandati erat naturalis & oriundus huius Ciuitatis, plurimum notus, sic enim dicebat. *Signo de mi Iayme Romeu natural de la Ciudad de Çaragoça residente en la Corte del Rey nuestro Señor, y por su au-*

ctori-

ctoridad Real, y por auctoridad Apostolica Notario publico. Erat etiam Secretarius Serenissimorum Ferdinādi Catholici & Caroli Quinti Regum nostrorum: & credibile est aut præsumēdum, creatum fuisse Notarium autoritate Serenissimorum Regum Aragonū. Aderat antiquitas temporis plus quam septuaginta annorum, & alia instrumenta ex quibus detegebatur mandati veritas. His & similibus, domini Iudices 19. Ianua. anni. 1590. in suis motiuis adducti fuerūt vt pronuntiarent pro mandato, & manifeste patet in eorum contextu, quæ si non adfuissent forsan pronuntiassent contrariū Aut saltim ad huius dubij Decisionem refferri non
119 debent, vbi nihil eorum † quę ibi considerata sunt reperitur. Notarius enim enuntiati mandati, vt dixi se notariū affirmat tantum, *por auctoridad Apostolica*, omnino ignotam, non solum Notario comissi, sed & alijs huius Regni. Eius personæ qualitas omnino incerta est, & notum ac euidens eum non fuisse rogatum, nisi vt conficeret actum in qualitate Apostolici Notarij Antiquitas temporis nulla reperitur, nec alia instrumenta huius mandati enuntiatiua in processu exhibita sunt, excepta substitutione huius litis & causæ. Ibi etiam aderant verba magis præcisa iuditij a Notario facti, dicebat enim *Constituydo con carta publica de procuracion en su primera figura*, hic autem solum dicitur, *mediante instrumento publico de poder especial del tenor siguiente*, non enim adsunt hic verba, *en su primera figura*, in quibus recordor dominos Iudices fundamentum neruose constituisse, cum eam causam defenderemus vt patroni contra mandatum.

120 NON obstat in causa Baroniæ † de Sangarren anno præterito lata sententia, in cuius confirmationis die 1. Marcij 1603. pronuntiatum est pro quibusdam censualibus & hypotheca, seu obligatione dictę Baroniæ in vim cuiusdam mandati, de quo non aliter constabat, quam per similem attestationem inserto toto tenore a tabellione censualium, illudque in Regno Castellæ factum apparebat. In multis enim etiam dif
121 fert † dicta enuntiatio mandati a nostra; licet enim mandatum extra regnum fuisset factum, ab Aragonensi tamen & Notario auctoritate Regis Aragonum & Castellæ, ideoque cessant plures ex difficultatibus causę de Maella & huius nostri casus, erat etiam longissimum tempus transactum post confectionem mandati vt in ipsis motiuis aperte dicitur, & vt suspicor censualium pensiones pluribus annis solutæ fuerunt, & per tempus sufficiens ad nouum titulum ipsius met census constituendum, quanto magis ad probationem legitimā ipsius mandati.

ETIAM si superiora vera nō essēt, & omnino legitimum & solemne mandatum Archidiaconi, adhuc in vim facultatum & iurium concesso
122 rum non licuit aliqua ratione † comissare ex causa pēsionis anni 1600. non solutę (vt dicitur) neq. ex dispositione Villæ de Maecca, & diuisione vt prætenditur facta prætextu legati Iacobi Garcesij, hęc enim omnia cōtigerunt dicto anno 600. facultas autem comissandi in dicto mandato, tantum concessa est ob contrauentiones & deffectus adimplemēti præ
123 sentes, † non futuros, dicitur enim. *y que puedan comissar qualesquiere cosas,*

dehesas campos y viñas y otro genero de tierras, al dicho Arcidianato tributarias y de qualquiere modo deuidas, las quales por no hauer pagado los annuos canones y tributos y otras qualesquiere responsiones, y no hauer cumplido con las demas conditiones tributarias, y de otra qualquiere manera deuidas, han cabido en comisso. Hęc clausula facultatis comissandi expresissime refertur solum ad præteritas culpas, & causas caducitatis iam incursas, nihil autem de futuris. Cum facili negocio, vbi adiecit, *no auer cũplido*, & *en qualquiere manera deuidas* poterat *han cabido*, addere *ni se cũpliran y de qualquiere manera se debran y caheran.* Prout in clausula quæ in eodem instrumento præcedit, continens mandatum recipiendę solu-
124 tionis, † expressum est tempus præsens & futurum ibi, *todas y qualesquieer sumas de dineros, que al dicho Reuerendissimo Señor otorgante fueren por qualquiere persona, o personas deuidos, y en adelante se deuieren.* Cum ergo in ea clausula vtrumq; tempus adiectum sit, & omissum tempus futurum, in clausula sequenti, ex eo censetur, nullatenus subintelligendum. Vt quando semel exprimitur in dispo-
125 tione vtraq; qualitas, † masculina & fæminina, si iterum de masculino fiat mentio, non compræhenditur fæmininum, Bal. in l. in multis. de sta. homin. Dec. in c. prudentiam. in princ. col. 2. de offi. delega. Crauet. in rub. de lega. 1. num. 11. Surd. cons. 230. num 21. & dixi in alleg. de Vallo uar. num. 132. & sic in similibus exemplis.

SECVNDO vera est de iu
126 re conclusio, tempus presens † ad futurum non extendi. l. si ita. de aur. & argen. lega. l. cum stipulamur, vbi Iason. numer. 1. de verbor. oblig. & re ipsa hoc est notum ex Corneo consil. 49. numer. 6. lib. 3. Soc. Iun. consil. 99. numer. 6. lib. 3. Alciat. & Rebuf. in l. verbum oportebit. de
127 verbor. sign. præsertim in mandato † cuius fines cum stricte sint intelligendi, non extenduntur de tempore ad tempus. l. si mandauero tibi. in prin. ff. mãdati. Flamin. Carthar. Decisione Genue. 16. numer. 11. vnde mandans quoad præsentia, non dicitur procuratorem constituere quoad futura.

IMMO tanti momenti est limitatio temporis, vt quoad futurum, non expressum, habeat contrariam dispositionem eius, quod mandatum est respectu præteriti temporis, & dicens Archidiaconus, *que se pueda comissar por pensiones deuidas* in debendis innuit dispositionem contra-
128 riam, † scilicet vt comissarari nequeat. Bal. in prohemio Digestorũ. §. hæc autem tria. Ang. in l. si vnus. §. si cum reo. de pact. Deci. in l. certi iuris. C. de testam. milit. numer. 3. & consil. 61. numer. 4. Surd. late consil. 294. a numer. 6. consil. 403. numer. 58. & consil. 371. num. 11. Hæc autem veriora sunt in hoc Re-
129 gno, † vbi quia standum est cartæ, nec admittitur extensio, non aliter, sub verbo *deuidas*, tempus futurum comprehendi potest, nisi per extensionem, quæ admitti non debet. Et in fortiori casu etiam si in dubio pro viribus actus iudicandum sit, testamentum nullum esse pronuntiatum fuit, natiuitate posthumi, & si relin-
130 queretur † *Legitima, a otras qualesquiere personas y parientes suyos que drecho de legitima, &c.* tamquam ea verba ad præsentes consangui-

neos

guineos non ad futuros referri debe rent, idq; in Curia Iustitiæ Aragonũ die.27. Augusti Anno.1573. in processu Annæ Ponz super apprehensionem.

TERTIO de sui natura hoc habet mandatum, ne ad futura ex
131 tendatur vt in procuratore † ad lites, qui ad præsentes non autem ad futuras constitutus censetur, glo. & Doctores in l. damni. §. si is qui vicinas. de dam. infec. vbi Bar. vers. quærit glosa. & in l. si actor. vbi alij Doctores. C. de appellation. idem Bar. in l. omnium. numer.1. de procurat. Bisigne. decis.3. de procurat. Rota Decis 30. in eod. tit. de procuratoribus in antiquis Vanc. de nul. ex deffec. mand. numer. 97. vers. 7. Grauatius ad Vestrium in praxi lib. 4 capit. 5. numer. 38. & dicit magis communem Franciscus Turzanus opin. 93. numer. 7. in commun. antiq. & in fortiori casu Suarez in praxi in prin. tit. de procurat. numer. 23. addens idem procedere, etiam
132 si mandans dicat † sub verbis generalibus, *y para en todos mis negocios y pleytos que yo tengo y espero tener*, quia intelligitur de præsentibus litibus & ex iure de præsenti ortis. Ita
133 & procurator † ad vendendum intelligitur tantum ad venditionem bonorum, quæ tunc mandans habebat, non quę postmodum adquireret, vt asserit Ludouicus Decis. Perus. 37. per totam. Et magis ad propositum, in mandato generali concesso ad omnia debita † recuperanda,
134 non contineri futura, punctim ex pluribus deffendit Cauallos in pract. quęstion. quęst. 135. aun. 8 dicens ita iudicatum fuisse Toleti a Iudice ordinario illius Ciuitatis. Si autem hæc indistincte procedunt, vbi simpliciter debitorum receptio demandatur, veriora erunt vbi expresse adijcitur verbum, quod ad futura refferri non potest, non enim simpliciter dicitur *deudas* nisi *deuidas, por no hauer cumplido y por hauer cahido en comisso*, quæ extendi non debent ad id, quod nondum est debitum, nec adhuc in comissum ceciderat.

QVARTO in terminis odiosis dispositionis pænalis & inducti-
135 sæ caducitatis, hæc veriora sunt, † qui casus non comprænenditur, nisi exprimatur, nec venire solet † sub
136 verbis generalibus mandati, ex doctrina Bartoli in l. si procurator. in prin. vbi Doctores, & in l.3. § si procurator. quod quisq; iuris. Alex. consil.17. numer.3. vol.6. Burl consil. 44. numer.1. & seqq. eleganter pluribus comprobans ad propositum D. Martinus Monter Decis. 35. a numer. 45. & antea num. 36. in duabus causis,
137 exeo declaratum dicit, † in terminis earum relatis, non censeri translatum ius declarãdi caducitatem, & in actu cessionis & verbis eius generalibus non videri comprehensum. Igitur si verba generalia non comprænendũt caducitatem, multominus specialia, etiam si caducitatem præsentem vel iam incursam contineant. Cum enim minus comprehensibile sit mandatũ caducitatis in specie, presertim ex litera eius restrictum ad pœnas iam incursas, non debet extendi ad futuras, præsertim mandatum
138 † pænale, quale est hoc, ex odio penæ minus extendẽ ũ, etiam ex identitate rationis Ab. in cap. fi. de Iur. patro. Ioan And in c. dispendia. de rescrip. in 6. Mascar. concl. 1131. numer. 13. 14.

139 Tum quia hoc ius declarandi † conditionale est, si dominus directus voluerit, Bart. in l. 2. nu. 2. C. de iure emphyt. Salic. num. 2. Bal in 2. lectio. nu. 3. Ias. a num. 6. communem dicit Paris. cons. 108. num. 33. lib. 1. & omnes id sentire Decius cons. 146. n. 5. Corbul. de causa ob nō solut. ca non. ampl. 45. n. 5. At iura conditiona
140 lia nō cōpręhēduntur † in dispositione generali iurium. l. si ita scripsisset. de legat. 2. vbi Baldus & Imola dicens notandum in vers. Secundo facit. Crotus & alij, vt eleganter ad propositum pluribus comprobās decisiue tradit dictus D. Martin. Monter in relata Decis. 35. a numer. 24. ex eo pro constanti tenens, difficulter compræhendi hoc ius declarādi caducitatem, quia domino directo voluntarium. Et loquitur in caducitate iam incursa, quę si adhuc dicitur conditionalis, ex quo voluntatem suam nondum significauit
141 dominus directus, multo minus considerabile erit hoc ius, † nondum comissa culpa, nec omissa solutione, nec interueniente adhuc aliqua huius prætensi comissi ocasione, aut causa, prout erat tempore quo mandatum hoc Archidiaconus concessit: cum enim tunc illud ius declarādi non solum conditionale non sit, sed nec speciem aut figuram iuris comisi habeat, vti nondum ortum, verius erit illud non contineri sub verbo, *deuidas, y que han caydo.*

HIS fundamentis velut præsupositis constat, sic defecisse aduersam partem (vt dicitur) in salutari, respectu huius causæ, vt etiam in ingressu pręętensio eius omnino nulla sit, ita vt ex qualibet huiusmodi dua-
142 rum nullitatum, superuacanea † videatur vlterior discussio iuriumcomissi. Sed vt appareat dominium Collegij Societatis in his bonis, pluribus modis sic deffendi, vt quodlibet ex fundamentis de per se sufficiens sit ad victoriam, etiam si supe riora vera non essent, adhuc ex cau
143 sa non solutæ † pensionis suo tempore, domini directi caducitatem pręttendere nequeūt ex pluribus causis, quibus efficaciter comprobabitur in iustitia comisi.

Sit prima deffensio contra assertum hoc comissum, id enim cum prætendatur vt dixi, ex eo quod pen-
144 sio † nō fuit soluta anno 1600. *A todos Santos, o vn mes apres*, vt dicitur in tributatione, & id solet esse tempus ordinarium soluendi hæc tributa: tamen probatur testibus qui id noscere poterant, *que por parte de Doña Marquesa † solicito diuersas vezes Mos-*
145 *sen Pedro Martinez a Pedro Perez procurador del arrendador, a quien se acostumbraua pagar, y por descuydo suyo, o porque no acostumbran ni quieren cobrar estos treudos sino fenecido el arrendamiento, se dexo de pagar la pension a su tiempo*, idque deponunt tam Reuerend. Michael Martinez soluentium procurator, quam Petrus Perez exactor & receptor ipsius pensionis. Et quidem testibus probari poterat, renitentia †
146 hæc recipiendi, cum ipsam solutionem testibus etiam probare sufficiat Bald. in l. testium. numer 2. C. de testibus. Ias. in l. 2. C. de iure emphyt. numer. 134. Afflict. Decisio. 13. numer. 26. Corbul. de caus. priua. ob non solut. quæstione 4. numer. 6. Mascard. conclusione. 304. & conclusione 1318. numer. 10. præsertim ad euitandam † caducitatem. Sicu-
147 ti enim sufficit probare testibus, dominum directum consensum præbuiss

buisse alienationi a domino vtili factæ, vt comissari non posit, vt ex Bal. Affiict. Fulgos. & Alciat. tradit Corbul. de caus. ob alie. q. 4 nu. 3. & 5. ita & ad fugiendam caducitatem ob non solutum canonem, sufficiet recusatio domini testibus probata.

148 Immo & vnicus testis † sufficit, cum iuramento suppletorio, si soluatur Castaldo vel solito recipere, vt dicit Paris de Puteo de redintegra. fæud. capit. 168. in fine; in his præsertim quæ alijs nota esse non solent, qualis est tractatus soluendę pensionis, vix enim alij notus esse solet, excepto soluente ac recipiente, quo
149 casu alias inhabiles testes † admittuntur, vt in terminis negotiorum gestoris Ab. post Anton. de Butri. in c. insuper. post numer. 8. vers. Putat tamen. de testi. Campeg. de testi. reg. 63. fall. 6. Farinac. quæstio. 60. numer. 270. Quis enim alius verisimiliter audire potuit requisitiones & instantias procuratoris soluere volentis, & negligentiam aut dilationem alterius qui recipere debebat? Inde & in Curia Ecclesiastica
150 † per Iudices a quo & ad quem in causa Hieronymi Martinez diebus præteritis pronuntiatum fuit, standum esse singulari & vnicæ depositioni recipientis pensiones debitas Ecclesiæ diui Pauli, qui vt testis dixerat distulisse receptionem pensionum, non vt vere domus comisso caderet, sed vt rursus domino vtili sub eodem censu concederetur. Fuit enim habitum pro constanti, conuentionem hanc tacitam & tractatum verisimiliter alijs ignotum, solo exactoris seu receptoris ordinarij testimonio probari posse. In hoc autem casu, minus est suspectũ eius dictũ, præsertim Petri Pe-
151 rez, vtpote non tendens † in fauorem Ildefonsi Villalpando eius principalis, neque in illius commodum, ex Salicet. in l. omnibus. numer. 6. vers. Aut altera. C. de testi. Abbas in dict. cap. insuper. de testi. n. 8. Cāpe in d. reg. 63. fallen. 3. & alij, vt per Farina. in dict. quęstione. 60. numer. 268. & in procuratore glos. in cap. Romana, verbo in testem. de testi. Anton de Butri. in cap. cum a nobis. numer. 13. de testi. & pluribus relatis idem Farinacius. in eadem quæstione. 60. numero. 222.

Hęc autem remitentia aut recusatio solutionis recipiendæ, proba-
152 tur † etiam instrumento publico apocę 10. Octobris anno 1601. vbi ipsemet Petrus Perez procurator Ildefonsi de Villalpando fatetur. *Ser verdad, que el año proxime passado luego como cayo el dicho treudo, y despues algunas vezes, Mossen Pedro Martinez capellan de Doña Marquesa le vino a dezir y le dixo, que como procurador de Villalpando arrendador sobredicho recibiesse el dicho treudo, que estaua aparejado para pagarselo otorgandole apoca: y que el respondio, que lo recebiria, y otorgaria la dicha apoca, y que el se ternia cuydado de otorgarla, y quando la tuuiesse otorgada acudiria a el con la certificacion de ella, para que le diesse el dicho dinero, &c.* Hæc instrumentalis confessio, habētis mandatum ad recipiendum, omnino est legitima, probatur enim
153 † solutio pensionis triplici via, instrumento, confessione, aut testibus. glosa in verbo repellere. in l. 2. C. de

iur. emphy. vbi Bar. numer. 9. Bal. numer. 18. Beroius in cap. potuit. numer. 171. Corbul. de caus. priua. ob non solut. quæstione. 4. numer. 4. quę in hoc casu reperiuntur. Probatio testium ex dictis apparet, instrumentalis autem & confessionata in hac apoca. si enim ad probandam solutionem efficax est, multo magis ad qualitates seu accidentia eius, nempe recusationem aut dilationem actualis receptionis, qua confessione sicuti præiudicare potuit principali, ita & dominis directis,
154 vti habentibus † accessorium ius, & omnino dependens a iure debitæ solutionis conductori *æque enim præiudicat huiusmodi confessio accessorijs consequentibus consectaneis atq; succedaneis, sicuti ipsis confitentibus* vt probat Tiraq. de retra. ligna. §. 1. glo. 18. numer. 83.

ATQVE vt præiudicasset etiã
155 actualiter non recipiens, confitendo recepisse, multo magis † realiter soluta iam pensione, & constito de substantia, stabitur procuratoris assertioni quoad circunstantias dilationis, facile enim probantur qualitates & accidentia, vbi de substantia iam constat Bar. & Doctores in l. certi condictio. §. quoniam. si cert. peta. Craue. de antiq. p. 1. vlti. versi. numer. 24. p. 2. numer. 63. & par. 3. numer. 22. Menoc. consi. 93. numer. 15. vbi optime: Præsertim cum dominus directus non aliter possit prętendere ius expellendi, nisi ob negligentiam & omissionem non soluti Canonis. Vbi autem de ea nõ apparet,
156 sed de diligentia, † vt in pręsenti, secus dicendum est. Cum enim ius proprietarij nascatur ex culpa domini vtilis, constito ex assertion e instrumentali exactoris de eius diligentia & instantia soluendi, esse non potest aliqua ratione considerabile ius domini directi. Nec declarationem procuratoris domini vtilis nullam reddet, præsertim vbi agitur de euitanda caducitate, vbi præsumi debet suo
157 tempore facta requisitio † soluendi a domino vtili, & solutio valide facta, prout in terminis caducitatis allegans alienasse precedente domini licentia, pręsumitur, si aliter nõ constet, ex hac communi regula deducta ex Bart. in l. non solum. §. sed & probari. de no. oper. nun. & in terminis tradit Corbul. in tit. de caus. priua. ob aliena. quęst. 4. num. 5.

HIS præsuppositis & probatione instantię ac sedulitatis procuratoris emphiteotę, simul & recusationis aut dilationis domini directi, sequitur omnino rescindi comissum. Cũ enim ex eo resultet dominũ vtilẽ ad
158 soluẽdũ paratum † fuisse, similis erat actualiter solventi l. pignori. quib. mod. pign. vel hyp. §. illud de hęrede. in Auth. vt exactio dotis, & qui vult dare dat, & dedit qui dare voluit l. stipulatio. vbi glo. de verbor. oblig. Andr. de Isern. in c. 1 n. 24. de natura succes. feu. vbi Paris de Puteo in fine, præsertim vbi ex parte recipientis adest aliquid, quo significet, dominũ seu procuratorẽ tũc tẽporis satisfactũ reddi, etiã debitore non soluente.

SI enim excusatur a caducitate
159 petens † terminũ ad soluendũ, vel rogãdo dominũ, vt diferret, si is tacuit & dissimulauit. l. titia. §. vsuras. de lega. 2. l. qui Romę. §. Scia. vbi Bart. de ver. oblig. glosa parua. in l. mora. de vsur. Pau. de Castr. in l. semel mora. n. 5. solu. matrim. Carot. de Locato. tit. de Loca. sine temp. quęst. 6. n. 110. fol. 61. multo magis vbi expresse

dicit

dixit exactor. *Que el acudiria a su casa por el dinero hecha la certificacion.* Resultat enim procuratorē contentum præsenti soluentis sedulitate, & sufficiet † ad euitandam pœnam, ex notatis à Bart. in l. singularia. num. 19. Ias. num. 34. & 36. & alios, vt per Gabr. in terminis consi. 75. num. 9. vol. 2.

160

161 est enim hęc in effectu recusatio † receptionis, quæ tollit omne vitiū caducitatis. l. 2. in fine. C. de iure emph. vbi Iason. Cagnolus in Auth. qui rem num. 36. C. de sacros. eccles. Anton. Sola in constit. Sabau. tom. 1. tit. de iure emphi. Decreto licet iure. par. 3. glos. 1. nume. 24. versi. Tertio si dominus.

Sed melius hunc nostrum casum decidit Speculator in tit. de locato §. nunc aliqua nume. 103. dicens quod si emphyteota vult soluere pensionem Castaldioni seu nuntio domini, illo tamen consentiente † retinet & nō soluit, non cadit à iure suo. l. si tamē. de institoribus. l. pactū curatoris. & l. præses. C. de pact. quem tantum referens sequitur Corbulus de caus. priua. ob non solut. ampl. 26. sed elegantius speculatorem sequutus tradit Paris. de Puteo de redintegr. fæud. cap. 56. addens, *quod postquam ille Castaldus fuit contentus pro tunc non recipere, non potest dici debitorem cessaße in solutione. l. cum stipulatus sum mihi a Proculo. de verbor. oblig.* addens verba elegantia, *nam ista non est prorrogatio termini solutionis, sed videtur breui manu soluisse † Castaldo, & ab eo in custodiam recepiße, argument. l. licet. §. 1. de donation inter vir. & vxor.* & numer 6. addit hæc verba, *posset decidi hæc quæstio, quando ille procurator dixit facta sibi oblatione, teneas pro nunc, quod videtur sibi deposuisse, argumento gl. ssæ singularis in l. cum quid. Si cert. petat.*

162

163

exornat hæc dicta Paris. de Puteo Surd. decis. 221. num. 17. Ex quo apparet in præsenti dilationem de qua ex testibus, & instrumento constat, cuiusdā solutionis breuis manus vim habuisse. Ideoq; omnino à mora, & culpa caducitatis dominum vtilem liberasse.

NON obstant quę ex aduerso dicuntur. Primum congruo loco non factam prędictam oblationem, cū in domo Archidiaconi fieri debuerit ex instrumento tributationis, cum enim sciret procurator domnæ Marchesię, ex solutione præcedentium pensionum hanc, fieri debere procuratori Alfonsi de Villalpando conductori reddituum Archidiaconatus, vt liberaretur à pœna, sufficiebat † oblatio facta illi, cui aliquibus annis pręcedentibus soluerat: in processu enim constat de mandato ipsius Petri Perez ad solutiones has recipiēdas, vnde dominus vtilis querere nō debet alium locum, aut personas quibus soluat, ex Guid. decissio. 173. & alijs superius relatis, nec aliqua ratione constat recusasse aut distulisse solutionem ex incongruitate aliqua loci temporis aut similiū causarum.

164

165 NON obstat secundo hic non sufficere verbalē † oblationem, sed necessariam fuisse realem ex Iulio Claro in §. emphyteosis quęst, 8. numer. 10. Redoa. de reb. eccl. nō alien. quęst. 79. cap. 3. num. 35.

PRIMO enim respondeo, verius esse de iure, verbalem oblationem sufficere, † vbi dominus recipere non vult, Baldus in l. 1. C. ne liceat tertio prouoca. Alexand. in l. si mora.

166

fall.5.solut.matr.Ias. in l.2.quæst.44. C. de iure emphyt. Gabr. lib.3.tit. de solutionibus concl.8. dicit communem opinionem, & piam pater Molina de iustitia disput.453. colu. 1279. & est magis communis opinio ex Ludouico decis. Perus. 105. numer.6. pluribus relatis Carot. de oblation.part.1.tit. de oblation. verbali num.3. & sequent.

SECVNDO respondeo, adhuc etiam Doctores contrariæ opinionis concedere verbalem sufficere,
167 † vbi recusaret dominus recipere ex Socinus consil. 118. in fine, libr. 4. Iul. Clarus in d. quæst. 8. in §. emphyteosis, numer. 10. dicit communem Viuius opin. 557. nume.5. Corbul. de causa priua.ob non solut. limit.37. à num. 4. Ludouic.in d.decis. 105. num.6. vbi æquiparat casum recusationis, & dilationis, dicens in nullo eorum requiri aliam quam verbalem oblationem.

TERTIO hæc veriora sunt, vbi non agimus de liberando debitore, sed excusando
168 † à caducitatis pœna, ex culpa seu mora non soluendi, hæc enim omnino tolli debent etiam sola verbali oblatione, vt tradit Iul.Clarus in d.quæst. 8.num.10. nescio qualiter contra nos allegatus, cùm pro nobis absolute scripserit, tradit etiam Socin. in d. consi. 118. in fine. lib. 4. dicit cõmunem Alciatus consi.293.num.4.Viuius opinione. 558. verius, & receptius dicit Eman. Soarez in thesau. recept. litera. O. in principio, subiungens, *nec enim ad pœnas tantopere festinandum est*, tradit Rota decis.26. num. 5. part.2. Corbul.in d. lim.37. num.11.Carot. in d. quæst.de obla.verbal. num. 18. fol.149. Qua conclusione satisfieri potest pluribus, quæ per Doctores considerari solent contra oblationẽ verbalem, cum enim diuersissima sit ratio inter liberationem absolutam obligationis, & pœnæ aut caducitatis, vt ex se patet, forsan aliqui id non considerantes, vtroque casu confusso, attribuunt caducitati, quod non potest adaptari nisi liberationi.

QVARTO respondeo, hæc omnia minus dubia esse in præsenti, quia & si ex aduerso cõsiderata procederent, vel dubitari possent vbi expresse procurator domini recussasset, quia tantum offerebatur verbaliter, vel vbi non constaret nisi de
169 renitentia simplici: secus erit vbi adijciuntur recusationis causæ, † prout in præsenti, tam enim ex testibus quam instrumento patet, non fuisse dilatam receptionem, quia verbalis erat, sed quia procuratores similium conductorum non solent minutatim qualibet ex his pẽsionibus de perse recipere, sed *hasta fenecido dicho arrẽdamiento*. vt ex confessione cuiusdam procuratoris dicit Reuerendus Petrus Martinez, & ex apoca constat ipsum procuratorẽ sibi assumpsisse, *el tener cuydado de otorgar el apoca, y acudir con la certificacion, a que se le diesse el*
170 *dinero*, non ergo recusauit † receptionis instrumentum, quia verbalis erat oblatio: imo potius visus est ea satisfactus, & securus, cum sit pollicitus receptionis instrumentum conficere.

HINC QVE satisfieri potest alteri obiectioni, dũ dicitur, nõ cõstito de mandato Reuerendi Petri Martinez, recusatione predicta caducitatem non tolli, ob verbalem oblationem ex Corbulo in d. titu. lim. 7. à num.2,

num.2.ea enim procedunt, vbi fieret oblatio, & inuito domino tertius
171 † non habens mandatum prętenderet caducitatis pœnam tollere, id enim fieri nō potest, secus autem vbi non constat dominum noluisse recipere solutionem à tertio factã, vt in præsenti, nihil enim testes & instrumenta de repugnancia, imo potius contrarium: apparet enim acceptatã fuisse personam soluentis, cum polliceatur exactor apocæ instrumentum, & pecuniam ab illo recipere.

Imo & si de eo non constaret expresse, sufficeret in processu de aliqua renitentia
172 † aut contradictione non constare, sumus enim in terminis conclusionis, qua tertius liberare potest à caducitate emphyteotam soluendo canonem. l. arboribus. §. tamen. de vsufruct. vbi Bald. idem Bal. in l. solemnibus. num. 4. C. de rei vendic. cum pluribus relatis à Corbulo. d. lim. 7. in principio. Idque minus dubium est, vbi quis vult soluere vt
173 procurator † vel negotiorum gestor emphyteotæ, tunc enim licet sit omnino extraneus liberat, ex Roman. consil. 103. Ias. in d. l. 2. C. de iure emphyt. num. 62. Corbu. vbi supra limit. 6. Id autem quod in actuali solutione procedit, etiam in oblationi
174 locũ habet: tertius † enim pro debitore offerens illum liberat, glos. & Bal. in l. obsignatione. C. de solutione & in l. cum postliminij. C. de captiu. & postlimin. Bart. in l. solutionem. & in l. qui decem. §. si cum mihi. de solution. Bonacosa de cautelis litera O versic. Quinto & alij, quos sequitur Carotius in d. tract. de oblation. part. 2. quæst. 19.

DEFFENDITVR secundo principaliter ab ista caducitatis pœna collegium Societatis Iesu, ex eo quod, licet ipsemet procurator conductoris non distulisset recuperationem pensionis, ex eo solum quod eam post caducitatis tẽpus recepit,
175 † dicitur remisisse omnem moram, culpam, & negligenciam, & ex consequenti caducitatem & commissum ex illis proueniens. Vnde licet præcesserit declaratio pœnæ, facta à procuratore domini directi, tollitur culpa per viam remissionis, cum omnibus sequutis ex omissione non soluti canonis suo tempore, scilicet declaratæ caducitatis.

De iure enim verissima est conclusio, in mandato ad recipiendam pensionem compræhendi remissionem caducitatis licet non expressam, saltim dependentem ab ipsa solutione,
176 videtur enim recipiendo † pensionem, extra tempus declarare emphyteutam in comissum nolle cadere, ita Corn. consi. 187. col. fin. lib. 1. Caballin. milleloq. 135. n. 2. Vincen. Carot. dicens communem in reg. cum quid. part. 1. lim. 2. numer. 24. pluribus relatis Borgni. in Indi. p. 1. decis. verbo caducitas. Et licet de iure suos contradicentes habeat hæc conclusio, ex eo quod non sic potest remittere procurator ad recipien-
177 dum constitutus, † nisi speciale mandatum habeat ad remitendum, vt post alios tradit Beroius consi. 151. num. 18. vol. 1. Bursat. consi. 253. numer. 20. & alij vt per Surd. decis. 181 .nu. 13.

IN Aragonia tamen receptissi-
178 mum est, † procuratorem ad recipiendum remittere posse caducitatem, etiam postea quam à domino

 decla-

declarata fuit, vt dicit fuisse determinatũ in regio consilio D. Regens Mart. Monter decis. 5. num. 77. Cum enim in Aragonia standum sit cartæ, & mandati tenor habeat verba, quę plenissimam potestatem videntur concedere, quale est, quod possit facere quidquid potusset dominus, si præsens esset, fit vt eadẽ ratione qua poterat dominus ipse recipiendo pẽsionem caducitatem remittere, ita & procurator, vti hanc rationem significare videtur ibidem dictus Dominus Regens. Imo & a fortiori ea procedunt in hoc casu, nam in adiecto à domino Monter, ipsemet dominus declarauerat caducitatẽ, & proprium ac domini, & principalis factum reuocari a procuratore, difficilius

179 † erat, quam ipsiusmet procuratoris commissum, de quo in præsenti.

ET ex hac etiam potestate libera, quę competit in Aragonia procuratori, procedit, vt in alijs etiam casibus præiudicet domino, vt in renun

180 tiatione † litis ex Portol. verb. procurator num. 16. Et licet in repositione de qua in causa de Quinto, late pro D. Garcia de Villalpãdo pretenderemus, procuratorem ad lites sub his verbis generalibus, nõ posse consentire tolli signa Regia, & priuare domi

181 num cõmissione † Curiæ, & possessione illius authoritate vallata: contrarium tamen iudicatum fuit, quia procuratoris potestas in Aragonia maxima est, & quia procurator non directe commissionem curiæ tollit, sed vti effectum renuntiatæ litis, in qua potestatem liberam habet, vt eleganter animaduertit D. Martin. Monter in d. decis. 38. à numer. 33. presertim à numer. 41. vbi id comprobat, ex Alexand. Anton. de Alexandris, Curt. Sen. & alijs in l. pactũ curatoris. C. de pact. dicentium, procuratorem, & si ex animo præiudicare non debet domino, bene tamen cum aliquid fit non cum intentione præiuditium inferendi.

Ita ergo in presenti, procurator re

182 cipiens solutionem † non directe, & principaliter intendit domini iacturam, sed vt potius tollat eam quam passurus erat emphyteota per commissum, forsan natum ex negligentia ipsiusmet procuratoris nolentis recipere, prout in nostro casu: præsertim cum in hac materia dominus

183 de lucro captãdo, emphyteota † vero de damno vitando agat ex Mago. decis. Florent. 70. nu. 8. cum pœna sit causa lucratiua; ideo alia causa illi præferenda l. 1. §. an bona. l. non possunt. l. in summa. l. quod placuit. de iure fisc. Crauet. consi. 957. num. 7.

CVM ergo principaliter non intendatur præiuditium domini, sed receptio pensionis, & subsequitur remissio, vti effectus ex solutione actuali resultans, non vt in principali intentione procuratoris: ideo non dicitur excedere fines mandati, exercens ea quæ resultãt ex receptione pecuniæ, dummodo in ipsamet actuali receptione excessus potestatis ad exigendum datæ minime fiat.

SECVNDO hæc sunt veriora in nostro casu, vbi pensiones eæ, nõ erãt debitæ domino directo, scilicet Archidiacono, sed conductori, quas procurator illius exegit, conductor

184 autem efficatiori titulo † ius in pensionibus habebat, erat enim cessionarius domini directi, & proprio nomine,

mine atque ad sui vtilitatẽ exibeat, cui exactionem hanc nullomodo impedire poterat dominus directus. Si ergo procuratori nomine alterius & ad vtilitatem non suam, licitum erat exhigendo caducitatem remittere, multo magis recipienti nomine suo.

Et facit, quia de iure, etiam vbi procurator remittere non potest, be
185 ne tamen administrator, † vt in patre administratore bonorum filij tradit Socin. consi. 66. numer. 10. vol. 3. Corbul. de caus. priu. ob non solut. limit. 21. num. 17. & in fortiori sequitur Socin. Hondedeus, ex aduerso allegatus consi. 55. num. 87. lib. 1. dicens administratorem ex receptione pecuniȩ, non solum præiudicare posse in caducitate, quæ resultat ex pensione non soluta, sed etiam in ea, quæ procedit ex alienatione absque consensu facta. Quod equidẽ in præsenti casu singulare est, pro defensione etiam alterius causȩ commissi. Ita etiam, & officiales domini † recipiẽ
186 tes canonẽ prȩiudicare in hoc posse domino asserit Bertaz. consi. 430. num. 3. in criminal. Et in Prælato ec-
187 clesiæ non collegiatæ, † quia apud eum residet administratio bonorũ Ecclesiȩ, potest præiudicare illi circa cõmissum pensionẽ recipiendo, dicit glos. verbo expelli. in cap. potuit. de locato, vbi Ant. de Butr. numer. 19. Imola num. 34. & dicit communem Iason in l. 2. C. de iure emphyt. num. 130. Corbul. in d. lim. 21. num. 5. melius ad propositum Surdus consi. 335. à numer. 47. cum sequent. Si ergo in solo titulo administratoris id procedit, multo verius erit in administratione ex titulo locati.

Et in terminis conductoris late defendit Bursat. consi. 143. à nu. 58. vbi dicit per ipsummet inuestientẽ videri remissam caducitatem, dum conductoribus suis mandat ac in pa
188 cto locationis † expresso intendit, vt hos libellos exigant, proptereaque partes prȩtij seu pensionis locationisque principalis censentur. l. fundi partem. de contrah. emph. idoque ipsos libellos seu pensiones dominus exigere creditur, quando mercedem locationis cum dicto iure libellorum recipit. Quæ est elegans ratio ad propositũ nostrum; si enim Archidiaconus in effectu recipit pẽsiones, dum precium arrendamenti exigit, non amplius circa pensiones ius habet aliquod, ideo nec prȩiuditium quod prȩtendere potest ex nõ facta solutione pensionis conductori alicuius momenti est, vt illud non possit tollere ipse conductor, etiam post tempus exigendo. Et si in procuratore admittitur hȩc remissio, cum recuperet ad vtilitatem domini, multo magis in conductore, qui sibi ipsi prospicit. Et licet idem Bursat. nũ. 62. asserat, in eo casu nondũ fuisse incursam caducitatem, quia nec declarauerat eam dominus directus, non id dicit tanquam non aliter superiora procederent, quam in casu declarationis non factæ, sed vt reduceret dubium ad casum minus difficilem. Tum etiam quia licet de iure etiam conductor, † post de-
189 clarationem domini remittere non posset, in Aragonia secus dicendum est, cùm procuratori vel exactori simplici id concedatur ex superius dictis. Quod ergo concederetur ipsimet conductori, scilicet Ildefonso Villalpando, negari non debet eius procuratori, cum absolute

in hoc eius vices habeat, vt constat ex ipsius mãdati tenore in processu exhibiti, nec ipse principalis in processu contradicit huiusmodi receptioni, sed ipsam acceptasse prȩsumimus, cum in processu contrarium non appareat, ne in Petro Perez negotiumgestore delictum aliquod prȩsumi debeat. Et ex consequenti ratificata fuit saltim tacite à condu-
190 ctore receptio ipsa, † quod sufficit vt nihil opponi possit contra eam ex Decio consi..329, numer.3. Rui.consil. 151. numer. 12. volu. 1. Rimin. consi. 22. numer. 11. Corbul. in d. lim.21.nume.16. Honded.in d.consil.55. numer.87. Prȩsertim cum in hoc processu omnino taceat principalis, nec tertius illius ratificationẽ impugnare potest aut negare, cum ipse saltim tacendo vel recepisse dicatur, vel alia ratione omnino satisfactu.

NON obstat his in terminis cõ-
191 ductoris Hondedeum † respõdisse contrariũ in dicto cõs.55.nu.86.lib.1. dicens cõductores bonorũ Abbatiȩ de qua ibi loquitur, nõ potuisse remittere. Loquitur enim in remissione caducitatis prouenientis ex alia causa quã non solutæ pensionis, scilicet ex alienatione sine consensu facta, vt patet in illis verbis, *non tamẽ potuerunt sine speciali mandato recipere pro bonis quæ ob alienationem erant deuoluta ad Abbtiam:* illa enim causa cum sit diuersa, nec ita dependens à solutione actuali pensionis prout caducitas, immediate resultans ex solutione negata, hinc fit nõ bene inferri ad nostrum casum, vbi ex immediata causa prȩtendimus remissionem, & sic respondit distinguens hos casus in simili Surdus decis.221 numer. 17. Secundo dici potest ibi Hondedeum constituere fundamẽtum in conclusione, quæ de foro vera non est, vt superius diximus, scilicet mandatum speciale ad remitendum requiri.

Neque obstat non videri, conductorem aut procuratorem posse tollere ius competens domino directo in bonis emphyteoticis ex declaratione ab eo facta. Cum enim id ius dependeat ex omissa solutione pensionis, quȩ mora purgari potest cum consensu creditoris seu exactoris, hinc est quod sublata causa, possit
192 etiam † ius ex illa procedens reuocari, ita vt quod fieri non potest immediate subsistat reuocata causa à qua procedit, vt tradit Bald. in l. fin. C. de senten. pass. num.5. per textum ibi, Ias. in l. gallus. §. & quid si tantum num.74. Soc. Iun. nu. 114. cum seq. Sfortia de rest. in integrũ quæst. 99. num.74. dicens conclusionem hanc communiter omnes Doctores sequi nullo discrepante, Gail lib.2. de pace publica. cap.19. à num.16. Farin. de delictis quæst.6. num.37.

SECVNDO dici debet, hoc idem inconueniens reperiri in pro-
193 curatore † renuntiante liti, seu processui apprȩhensionis, nam ex eius facto dominus ius commissarij Curiȩ adeptus fuit, licet mediante Iudicis sentẽtia, quod tamen ius acquisitũ nõ obest, vt renũtiata a procuratore lite, nõ subsequatur effectus remissȩ commissionis Curiȩ, non directe sed indirecte, vt effectus resultans ex separatione à processu quam fecit. Ita ergo & in hoc casu dicendum est circa remissionem caducitatis, vti resultantem ex receptione pensio-

pensionis, & facultate illam remitendi, quam de foro procucatori competere verum est, vt superius dixi, absque speciali mandato. Ex eo enim & post declaratione à proprietario factam, vti posse ea facultate probatur, ex eo quod & emphyteo
194 tæ † cui sucurritur à iure celeri moræ purgatione, ne beneficium huiusmodi à voluntate domini depẽdeat, etiam post declarationem caducitatis ab eo factam competere dicit Iaco. de Nig. in l. si insulam. num. 78. & sequent. Rip. numer. 87. de verb. oblig. Couar. lib. 3. variar. cap. 17. numer. 4. ante fin. Corbul. de causa priuat. ob non solu. limi. 41. nu. 9.

TERTIO dici potest, ius hoc domino ex declaratione quæsitum procedere ex eodem titulo, quo cessionario seu conductori solui debet pensio, scilicet ex instrumento tributationis, vnde cessionarius seu eius procurator in preiuditium ce-
195 dentis potuit confiteri, † cum non sint inter se quoad debitũ istud personæ extraneæ, sed se inuicem contingant in vno & eodem debito, vt ex not. in l. idem in duobus. de pactis, in confessione solutionis recepte tradit Paul. consi. 64. in fin. lib. 1. & in eodem casu refert plures Tiraquel. de retract. ligna. §. 1. glos. 18. numer. 84. Mascard. conclus. 373. numer. 8.

NEC obstat, id quod dicitur de procuratore remittente ex solutione facta procuratori, procedere vbi ipse aut dominus sciebant commissum, † & actualiter ipsismet soluere
196 tur, vbi autem procurator aut principalis ignorant illam, secus dicendum est, vt declarat Afflictus decis. 129. numer. 9. & sequentib, Surdus decis. 181. num. 7. & sequentib. & alij. Respondeo enim primò id intelligi in casu quo exactio competit, ipsimet procuratori aut domino, ita vt illi tantum recipendo remittere possint, tunc enim quæritur vel dubitatur an in ipsomet remittente adsit scientia, secus autem est vbi illi nõ recipiunt pensionem, sed
197 tertius † cui ius receptionis cessum est, qui cum ex eo remittere possit etiam caducitatẽ domini directi, curandum non est de scientia aut ignorantia procuratoris aut domini, cũ illi non contrahant nec remittant. Secundo respondeo præsupposito in Aragonia etiam declarata caducitate à domino, à procuratore illã remitti posse, sequitur nullius esse
198 momenti scientiam † ipsius domini, cum sit ius prpcuratoris omnino diuersum à voluntate domini, si enim illud non tollitur ex domini declaratione, quin adhuc procurator remittere possit, ergo nec aliquid operabitur scientia aut ingnorantia illius. Tertio dicendum est in nostro casu vltra receptionem pensionis à procuratore factam, dominum vtilẽ negligenter non soluisse, cum voluerit soluere, † & distulerit procurator recipere, tunc enim cum ad fuerit oblatio verbalis impediens vim cõmissi, non dicitur acquisiuisse ius aliquod dominus directus, quin receptione postea subsequuta, absque dubio in totum non tollatur, vt eleganter & omnino videndus considerat Surdus decis. 221. num. 17.

TERTIVM propugnaculum huius partis cõtra prætẽsum cõmissum, nascitur ex eo, q̃ culpa si que adfuit in dilatata solutione canonis, fuit

tantum domnę Marchesię de Moncayo, quæ anno 1600. tenebatur soluere pensionem, cum autem illa anno sequenti mortua fuisset. 23. Septembris, morte eius quæ omne crimē tollere solet, ad successores eius non sic transibit culpa, vt expelli potuerint iure commissi. 2. Octobris, eodem anno 1601. Contra hęredes
200 † autem & successores declarari nō posse caducitatem tenet Cassad. decis. 2. & 3. de loca. & conduc. dicens ita fuisse iudicatum Romę, comprobat Cuman. consi. 164. num. 4. ex eo quod caducitas hęc est conditionalis, si dominus voluerit, quę cum non extiterit, in vita prædecessorum, nō dicebatur adhuc commissa sed cōmitenda, ideo ad hęredem transire non debet, & communiter dicitur receptus Cumanus, ex Ripa in l. fin. quęst. vlt. C. de reuoc. donation. & Ruin. consi. 35. numer. 28. versi. Pręterea ex quo. libr. 1. sequitur etiam eleganter confirmans Beninten. decis. 37. à nume. 17. ex eo, quod sicuti ad substantiandum contractum emptionis requiruntur duo, scilicet res & præcium, quorum si alterum deficit nihil agitur. §. precium. instit. de empt. & vend. Ita & ad substantiandam
201 † caducitatem requirūtur duo, mora scilicet in non soluendo, & declaratio domini, vnde cum non adfuerit vtrumque in vita domnę Marchesię, sed sola mora absque aliqua declaratione, substantiale quod defecit in vita emphyteutę, post illius mortem suppleri nō potest, nec trāsmitti cōtra heredes ius expellēdi, quod adhuc imperfectum, & nullum erat. Pluribus confirmat hanc conclusionem Corbul. de caus. priua. ob non solut. ampl. 45. à num. 18. pluribus relatis noster Cenedo in collectan. collect. 144. à num. 14. Burs. consi. 143. num. 63. optime ad propositum cōsil. 446. nume. 6. vbi loquitur in procuratore, & dicit esse frequenti calculo receptam opinionem Flami. Paris. de resign. lib. 3. quęst. 3. nu. 14. Menoch. consi. 707. nu. 9. cons. 865. num. 13. & secundum eam iudicauit Senatus Lusitaniæ, vt patet ex Gama decis. 17. & 175. & vtrobique Blasius Flores, & solitum esse eam tanquam veriorem, & magis communem huiusmodi Senatum sequi, testatur contrarię opinionis assertor pater Molina de iusticia. tom. 2. disput. 453. col. 1285. & pro heredibus emphyteutę iudicasse Parisiensem Senatum asserit Rena. Chopi. lib. 3. Sacr. polyt. Forens. tit. fin. nume. 15. & pluries vidisse iudicatum affirmat Bertaz. consi. 421. numer. 6. in criminal.

202 IN Aragonia † autem ea opinio verior est, & recepta, cùm ęquitatem sectemur, & tradit Portoles verbo hęres. numer. 75. & ab hodierna praxi complexam esse opinionem istam oculatus testis & omni exceptione maior asseuerat D. Regens Mart. Monter. decis. 35. in principio vbi nu. 36. ex duobus exemplaribus, & ex relatis ibi motiuis cuiusdā processus euocationis perhorrescentiæ Raymundi de Bonafont super appræhensione. 18. Maij. 1577. fuisse decissum, ius cōmissandi quod pertinere poterat hospitali beatę Mariæ de Esperança ciuitatis Oscæ, in Martinum Ioannem ius, & causam ab illo habentem, non fuisse translatum, sed censeri remissum, cū tamē ex infra dicendis aliqua suadeant, faciliorem esse ad successores ius actiuum comissandi quā passiuum,

cum

cum semper culpa duret, & morosus videatur continua & durabili negligentia dominum contemnere, id autem in mortuo sicuti considerari nõ potest, multo minus in successore, ergo a fortiori praxis de qua testatur D. Monter in principio dictæ decisionis verissima est.

NON obstāt aliqua ex aduerso põderata, præsertim hic nos versari
203 in pæna cõuētionali, † quæ nõ vti pæna sed vt cõtractus, pactū & conditio, seruāda videtur etiā ab hærede, & cõtra illū declarari, ex nõ adimplemēto prædecessoris ex Iul. Clar. in. §. emphyteosis. quest. 8. n. 9. & veriorem Pater Molina in d. disput. 453. col. 1284.

RESPONDEO enim primo, loquentes in pacto conuentionali esse omnino assertores † opinionis cõ
204 trariæ & non distinguentes, sed pro defensione dictæ opinionis considerant pacti pęnalis vim, voluntq; certare huiusmodi & similibus coloratis fundamentis, cum tamē huius nostræ opinionis defensores, etiam in terminis pænæ conuetionalis loquātur, vt videre est in antiquioribus & primis maxime penes Cassadorum, quem omnes alij sequuti sunt vt patet in. d. decis. 2. & expresius in decis. 3. vt optime aduertit Meno. cõsil. 674. num. 11. versiculo. Respondetur secundo.

SECVNDO respondeo, contrariam opinionem forsan procedere, vbi ipso iure absq; aliquo homi nis facto incurritur † pęna, tūc enim
205 cum ius expellendi sit purum & simplex ac perfectū, quoad omnia eius substantialia in vita emphyteotæ, facilius transmitti potest, distincte Bartol. in l. 1. de priuat. delict. Anan. in c. in literis. col. 1. vers. Et de prædictis. de raptor. Gabr. de malefic. concl. 35. n. 18. tradit magis in terminis Aluarotus in c. imperialem. §. insuper. nu. 4. in fine vers. Ex quo infert, clarius Affl. ict. n. 15. in fine, Abb. cons. 3. n. 7. vers. Item ponit Baldus. lib. 2. optime Beroius cons. 98. a. num. 31. lib. 1. Burs. cons. 252. n. 4. Magon. decis. Florent. 16. n. 12. & seq. Burs. cõs. 252. n. 4. Surd. Decis. 20. n. 12. optime Meno. in d. cons. 634. n. 11. vers. Præterea. Borgn. Decis. 43. n. 12. lib. 1. Decia. cons. 4. nu. 21. & seq. lib. 1. At in nostro casu, caducitatem hanc ipso iure absq; facto hominis non incurri indubitatū est,
206 necessaria † enim fuit declaratio, ideoq; intercesit instrumētū comissi, cū autem ante hanc declarationē etiam in hoc regno sit conditionalis hęc caducitas, ideoq; non transmissibilis ad hæredes, vt comprobat, D. Mart. Monter in d. Decis. 25. nu. 29 & priuatio tunc nõ est in facto esse sed in potentia fieri domino volente, vt optime considerat Beninten. Decis. 37. n. 15. vers. Incontrarium. Hinc fit vt nec pasiue contra hæredes aliqua ratione transeat.

VNDE ex ratione quam addu
207 cit Pater Molina † potius colligitur contrarium, dicit enim *comissum non esse proprie pænam sed finitum esse contractum ex dispositione iuris ob conditionē non seruatā, dependenter tamē a volūtate proprietarij, ex eiusdē iuris dispositione*, inprimis enim quatenus omnē pæna in cursum dispositioni iuris cõmunis tribuit, videtur cõtrariari ijs, qui ex cotrāsire cõtra hęredes dicūt comissum quia nõ remanet in terminis pænæ legalis sed cõuentionalis, nec potest

L addu-

adduci ad comprobatam limitationem penæ conuentionalis, cum id non afferat, vnde ex eo quod legum dispositioni tribuit finitum esse contractum, id non aliter esse potest, quam vt pœna legalis, & talem pœnam etiam contrariæ partis asseclæ transmissibilem dicunt contra hæredes, non igitur optime ratiocinatur. Tum quia affirmat finitum esse contractum, dependenter tamen a volũtate domini directi, id autem cum efficiat non esse pefectum incursum penæ, ex ista dependentia potius fundatur contra hęredes illam non transire.

TERTIO respondeo incursum huiusmodi pœne etsi conuentio
208 nalis sit, adhuc suam † naturam seruare, est enim odiosa inspecto illius origine, vt eleganter comprobari potest ex Bal. in l. 1. num. 7. C. de fruct. & lit. expens. vbi expresse dicit, legẽ odiosam in contractum deductam adhuc retinere odium suum, quia illi odium a lege proficiscitur, argumento. l. qui id quod. de donation. subiungens ita consuluisse Bartolũ. Cũ autem odium quod habet caducitas efficiat, vt contra hęredes non transmittatur, cum illud adhuc consideretur (etiam si conuentionale reddatur) vt originem ducens a lege: & sic vti odiosum. Et si quid vt con-
209 uentionale † ad hæredes transmitti potest, id erit tantum interesse domini & damnum eidem cõtingens ob pensionem non solutam suo tempore, hocque est ordinarium ius, competens creditori ex negata sibi solutione, iuxta notata per Doctores in c. fin. de sepulturis, & in c. literis. de raptor. extraordinarium autem ius est caducitas ista, proueniens a dolo seu culpa Emphyteotę, non ex contractu, sed ex legis prouisione: ideo non extendendum ad alias personas quam culposas, ita eleganter distinguit Beroius in c. potuit de locato. num. 76. quem sequitur Corbulus in d. ampl. 45. num. 24. Sicq; in effectu omne id prouenit ex lege, habetque principium odiosum, etsi postea conuentionale reddatur.

QVARTO dici potest, quod etsi in casu quo notoria esset mora & culpa in non soluendo, ita vt nullatenus tergiuersari posset, admitteretur contraria opinio; vbi tamen ali-
210 quis † color vel subterfugium allegari potuisset, præsertim in hac materia admitente quodlibet etiam leue, tunc iniquum videretur, vt mortuo moroso aut negligente, qui causas melius scire poterat dilatæ solutionis, easque si viueret pro sui deffẽsione allegaret, emphyteotæ hæredẽ priuari bonis, vt eleganter cõfirmat Iul. Clarus in materia fæudali in §. fæudũ. quæst. 65. vbi loquens de opinione contraria, subiungit hæc verba elegantissima, *quam opinionem ego sequerer, vbi delictum esset adeo notoriũ & inexcusabile, quod nullo pacto negari aut deffendi posset, sed si egeret aliqua probatione, vel posset aliquo colore excusari, mihi nunquam placuit, quod fæudum posset hoc casu ab hærede vassalli reuocari, est enim valde iniquum, vt de delicto mortui, qui se deffendere non potest, agatur ad præiuditium hæredis, qui non deliquit, & cum semel iste casus in facto contigisset ita consului.* hęc Iul. Clarus, quem sequitur Peregr. cons. 21. num. 31. & dicit esse bonum temperamentum Carotius de locato. fol. 56. quæst. 6. nu. 9. Hic notoria & inexcusabilis dici nõ debet mora, immo multum excusabilis,

bilis, vt patet ex testibus & instrumẽtis, quod, si vixisset D. Marchesia, plenius forsan probatum fuisset, vel aliquid aliud pro deffensione huius dominij vtilis, quod cum verisimiliter ignorauerit successor, non debet pari pœna puniri. Cũ & aliquando in Aragonia iudicatum sit, prętextu du
211 bij † etiam non multum iusti, a pœna comissi emphyteotam liberari, vt in vtroque consistorio iudicatum vidimus contra Villam Montissoni pro Villa de Binefar, præsertim in Regia Audientia anno 1590.13. Aprilis in processu Iuratorum Montissoni super apprehensione, vbi de hac ignorantiæ causa loquendo sic dicitur. *Hæc enim causa suficere videtur, sicut quelibet alia admiti solet ad euitandam pœnam caducitatis.*

NON obstat secundo contra hęredes non trãsire comissi pœnam, vbi sciens dominus directus causas
212 expellendi, † eo iure vsus non fuit ex Abb. in c. fi. num. 7. de donation. vbi Anchar. q. 7. Surd. cons. 150. num. 4. Honded. in d. cons. 55, numer. 89. lib. 1.

RESPONDEO enim primo, Doctores sic limitantes conclusio-
213 nem hanc, omnino confundere † quæstiones diuersas, & diuersa fundamenta. Licet enim alicuius considerationis videatur in remissione tacita, resultante ex receptione pensionis post tẽpus, & tũc cadat dubium, an adsit remittentis scientia vel ignorãtia, & deffensio emphyteotæ dependeat a sola huiusmodi præsumpta indulgentia, & sit magis propria coniectura seu indicium scientiæ vel ignorantiæ. At in hac deffensione Collegij, dicentes pœnam non declaratam contra negligentem emphyteotam, declarari non posse contra illius successorem, non principaliter prætendimus, id fieri ex tacita
214 † remissione, sed quia mora prędecessoris nocere non debet successori. Cum enim ex Benintendi in dict. Decis. 37. superius dixerimus, caducitatis huius esse principalia requisita, declarationem domini & emphyteotæ moram, immo & magis principalem moram ipsam, cũ eius causa subsequatur domini declaratio: hinc fit, vt quia respectu moræ nihil ad rem scientia vel ignorantia domini, si illa non afficit aut morosum reddit heredem, ex se nec culpam in eo reuiuiscere poterit. Immo & si consideremus de per se requisitum declarationis domini, illius omissio ex eo liberat successorem emphyteotę, quia conditionalis remansit caducitas vsque ad mortem culpos emphyteotę, vt diximus. Id autem cum processerit simpliciter ex eo, quod in eius vita declaratio facta nõ
215 fuit, ita remansit conditionale † hoc ius expellendi, quia eo vsus non est, vel quia noluit, vel quia ignorauit. Scientia enim vel ignoranria naturam & substantiam actus nõ mutat, nec conditionalem contractum purum reddit, nisi ipsius conditionis ad implementum, cum ergo remanserit in quolibet horum casuum conditionalis, & in vtroque etiam adest pręcisa ratio prohibitę translationis contra hæredes.

SECVNDO respondeo, in hac quęstione aliquos Doctores limitare sic conclusionem, non tamẽ pręcisse nostri casus, quando passiue
216 prætenditur † ius expellendi contra successorem emphyteotæ, sed alte-

rius vbi actiue hæres domini directi prætendit caducitatem cōtra ipsum met emphyteotam morosum: quo casu minus dubitabilis est opinio pro comisso, causa enim eius scilicet mora adhuc subsistit, viuit culpa, quia negligēs emphyteota adhuc in humanis est, vnde cū causa originalis caducitatis adhuc subsistat, solū dubium versatur in declaratione eius, illam autem Doctores impugnant, ex remissione tacita resultante ex eo, quod dominus directus viuens nihil declarauit: vnde quia eo casu incidere potest quæstio præsumptæ remissionis, ideo etiam aperitur via quærendi, an ipse sciuerit vel ignorauerit. Id autem omnino cessat in nostro casu, scilicet in caducitate passiua, cum principalis causa sit mora & delictum pręsumptum ex negligentia procedens, cum quo nihil commune habet sciencia vel ignorantia domini, ita eleganter distinguit Gabr. cons. 67. a num. 11. lib. 2 Meno. cons. 674. num. 11. Barbosa in l. 2. part. 1. solut. matr. numer. 135. Amatis Decis. Rotę Marchiæ 70. num. 32. Costa de fac. scien. & ignor. reg. 3. num. 9. Vnde colligitur, quod cum multo difficilior sit ex magis dubia transmissio caducitatis passiuę, cum in Aragonia & relatis a D. Mart. Monter. in d. Decis. 35. constet actiuam non transmitti ad hęredē, etiam si aliqui Doctores scientiam vel ignorantiam considerent, multo minus transmissibilis erit caducitas passiua in hoc Regno, pręsertim ex capite eiusdem ignorantiæ.

TERTIO respondeo, in hoc casu scientiam adfuisse præsumptā, & certam. Certam † habuit procura-
217 tor qui recipere debebat pensionē, cum requisitus fuerit, & sciret tempore debito sibi non fuisse solutam, vt autem scientia adesse dicatur sufficit illa in officiali domini vel exactore canonis, ex Burs. cons. 143. num. 65. vers. Quarto respondeo. Bertaz. cons. 430. num. 11. in crim. Et licet in nostro casu exactor sciēs nō fuerit, scilicet qui erat procurator immediatus domini, sat fuit procuratorē eius cessionarij, scilicet conductoris id sciuisse, qui multo magis remittere poterat comissum, quam nudus & simplex procurator, vt superius dictum est. Aderat etiam pręsumpta
218 scientia † domini, scilicet Archidiaconi, propter distantiam temporis, nam anno 1600. die primo Nouembris deberi cœpit canon cessionario Archidiaconi, & extunc ius expellendi pertinuit, mortua autem fuit Domna Marchesia 23. Septembris anni sequentis, sicque intra decem Menses procurator certiorare potuit dominum de hoc iure cōmissi. Et si Romanus cons. 481. nu. 7. ex solo lapsu semestris, præsumit certiorationem factam etiam a Ciuitate Romæ ad ciuitatem Barchinonæ, ex eo præsertim quia res erat magni momenti: a fortiori in præsenti præsumi debet notitia hæc per spatium decem mensium, in re etiam quę nō erat minoris momenti, scilicet iure & acquisitione bonorum in pręsenti processu appręhensorum. Quo casu approbat consilium Romani Hondedeus in d. cons. 55. num. 54. vol. 1. vbi num. seq. eum ampliat, procedere vbi de procuratore speciali tractatur, qualis iuxta praxim huius regni dicitur ad remitendam caducitatem qui ad recipiendas huiusmodi pensiones mandatum habet, vt superius dictum est. Et si procurator ipsius Archi-

chi-

chidiaconi negligens fuit, aut aliter
219 colligeretur dominum directum † ignorasse huiusmodi moram, cum ea non sit iusta sed supina, in his pœnis patrocinari non debet, vt ex Alex. cons. 13. n. 10. & seq. vol. 2. tradit Bertaz. in d. cons. 430. num. 9.

QVARTO responderi potest, tradita a Doctoribus ex aduerso, præsupponere casum, quo in ipsiusmet domini vtilitatem & commodũ im-
220 mediate † pẽsio solueretur, tũc enim cum ad eius commodum fiat solutio, scientia vel ignorantia adesse potest, vel solet, indeq; nascitur an remissa censeatur caducitas necne, sicq; præsupponunt Doctores terminos habiles & casum solitũ, proprij commodi ignarum aut scientem dominum, tuncq; de his qualitatibus disputatur. Vbi autem in hac solutione im-
221 mediate versatur vtilitas tertij † scilicet cõductoris aut cessionarij, cũ domini res non agatur; nec cõsiderari debet hęc scientia vel ignorãtia, nec tunc mora immediate in præiuditium eius adest, vnde defficiente causa formali caducitatis respectu domini directi, non mirum quod attendi non debeat eius ignorantia. Esset enim multo deterioris conditionis emphyteota obligatus soluere cessionario, fere nullam deffensionem habiturus ex remissione præsumpta, si ad eius robur scientia domini directi necessaria esset, nunquã enim sciret.

NON obstat vltimo id quod interloquendo aliqui ex dominis iudicibus obijciebant, nempe resulta-
222 re nouam † culpam & moram in successore post mortem domnæ Marchesiæ prædecessoris, ita vt & si non esset locus comisso ex prędecessoris mora, ex propria tamen statim non soluendo orta videbatur.

RESPONDEO, primo, plicam in qua aderat ius Colegij Societatis apertam fuisse. 29. Septembris Anno. 1601. solutio autem pensionis vt constat ex apocha fuit facta die. 10. Octobris eiusdem anni, itaque
223 non amplius quam decem aut vndecim dies transacti fuerunt; in hoc autem ita breui spatio temporis, nulla mora adesse potuit caducitate digna, præsertim in successore, cui instrumentum successionis non exprimit tributationis onus, nec scientiam eius absque discursu temporis habere poterat absque reuelatione, vnde saltim Collegio Societatis ad caducitatem vitandam post diem notitię permitti debuit hęc celeris satisfactio, cũ & in causa relata de Casafreda, excusauerit a caducitate instrumentum, in quo non aderat tributi vlla mentio.

SECVNDO respondeo, iam moram tempore prædecessoris incursam fuisse, cuius pœna si extincta fuit morte prædecessoris emphyteo-
224 tæ, † illa reuiuiscere non debuit post eius mortem, non enim potest illa nisi semel committi ex glo. in verbo repellere. post med. in l. 2. C. de iure emphy Specul. in d. tit. de locato. §. nunc aliqua. quęstione. 38. numer. 49 Bald. in d. l. 2. numer. 14. Salic. numer. 20. & seq. Ias. numer. 149. remissiue Corbul. de caus. priua. ob non solut. ampl. 9. numer. 12.

QVARTO immune redditur ab hac mora societatis Collegium,
225 ex constitutione Synodali † sub tit. de censibus. fol. 48. vbi disponitur comissantes compelli posse ad desistendum a comisso, satisfacti de dãnis & interesse.

OBIICITVR autem ex aduerso, primò eam nõ procedere, vbi ex alijs causis pręter non solutam pẽsionem pretenditur comisum, quia huiusmodi cum sint statuta stricte debent intelligi. Respondeo enim hu
226 iusmodi Constitutionem † vti correctoriam, seu limitatoriam legis pœnalis stricte non esse intelligendam, cum ex ea reducamur ad ius antiquius, libera facultate disponendi restituta, Imol. in l. si constante. col. 3. vers. Quarto sol. matri. vbi Rip. num. 5. 50. 61. Villagut. de extensi. legum. q. vni. num. 9. fol. 26. Vnde non solum substulisse censetur rigorem penæ, ex non soluto canone, sed etiã
227 ex alienatione † facta, & alijs similibus causis comissi, idque praxi seruatum esse aliquãdo, forsan apparebit ex processibus Curiæ Ecclesiasticæ, præsertim cum in qualibet causa harum caducitatum eadem versetur ratio odij scilicet cõmissi, nec aliqua specialis potuit esse in causa non solutæ pensionis, vt solo eius respectu in Synodo existentes spetialẽ illius limitationem adiecerint.

OBIICITVR secundo, ipsosmet testes Ludouicum Capdeuilla & Hieronymum Yturralde deponere, aliquando sibi retinuisse dominos directos bona confiscata, sicq. videri cõtrario vsu sublatam Cõstitutionis dispositionem. Respondeo enim primo, non derogari constitutioni, nisi
228 per actum contrarium, † qualis non est dominos directos post comissum remansisse cum bonis emphyteoticis & possessione eorum. Constitutio enim ipsa disponit a iudicibus compelli posse vt restituat, ideo erit actus contrarius a iudicibusmet fuisse permissam vel confirmatam possessionem, immo & ius acquisitũ per consolidationem, simplex autẽ non vsus constitutionis & continuatio possessionis extraiuditialiter, in domino directo non potest esse actus contrarius, nisi eisdem personis interuenientibus, & implicito actu contrario, ex Paul. in l. de quibus. de legi. nume. 11. dicit ibi communem Ias. num. 33. Deci. cons. 658. num. 11. Medi. de legi. p. 4. q. 37. num. 1. q. 38. num. fi. Licet enim vt in sequenti parte dicemus, consuetudo correctoria regulariter non requirat eam obtineri in contradictorio iudicio: vbi autem lex ad sui dispositionẽ factũ iudicis & restitutionem ab eo specialiter fiendam requirit, prout dicta Synodalis constitutio, tunc ad eius derogationem actus contrarius non erit absque facto contrario iudicis,
229 cum sit actus iudicialis, † qui requirit derogationem ex consuetudine obtenta in contradictorio iuditio Bal. cons. 210. lib. 1. Viui. opi. 162. nu. 1. Mascar. concl. 427. in fin. Menoch. cons. 137. num. 83.

SECVNDO respõdeo, in eo quod dicti testes, alioquin antiquiores practici curię Ecclesiasticę asserunt, nunquam vidisse practicatum, notorie judicatũ apparebit in processibus,
230 † quę sunt pro rostris tam coram iudice a quo, quam in gradu appellationis, & si necesse erit domini iudices eos videbunt.

HINC etiam satisfit tertiæ obiectioni, dum asseritur, nō deduci verbis expresśis ex dicta Constitutione, temporale esse dictum comissum vsque ad solutionem damnornm & interesse, sed argumēto a contrario sensu: tantum enim dicitur non posse comissantes per Iudices compelli ad desistendum donec satisfactum fuerit, non tamen videtur exprimi casus affirmatiuus compellendi ad restitutionem solutis damnis & interesse. Vltra enim quod plura dici poterāt circa hæc, nempe in hoc casu admittendum huiusmodi argumen-
231 tum † ad limitationē pœnę & odij comisśi, hicque non adesse argumētum a contrario sensu, sed dispositionem expressam, ex his quæ ad interpretationē fori finalis de iure dot. dicebamus in causa D. Annę Mariæ de Bardaxi, super ciuili, circa eius dotationem: sufficit tamen constare tot procesśibus sic intellecta fuisse verba dictæ Cōstitutionis, vt expresse & directe reddant comissum hoc temporale, non per ambages, aut per argumēta, vt ex aduerso dicitur.

DEMVM non obstat intelligendam esse Constitutionem hanc pręsupposita habilitate emphyteutæ, & in casu quo non soluens huiusmodi bonorum capax erat, quale non est Collegium Societatis argum. l. 4 §. toties. de dam. infec. Rim. con. 774. n. 9. & 4. Huiusmodi enim Collegiū
232 non potest dici incapax, † nisi vt est ille qui non soluit, vterque enim inhabilis redditur ex lege & conuētione, vnde si illa incapacitas tollitur satisfacto damno & interesse, diuersa ratio non versatur in hac imaginaria incapacitate: vt etiam soluto damno & interesse legitimo & considerabili ex alienatione in eum facta, non tollatur omnino comissum prętextu dictę alienationis. Sed quia (vt dixi) ex multis constat, incapacitatem hanc omnino esse imaginariam, non amplius immorandū est in obiectione hac, cui plenius in sequenti articulo satisfaciendum est.

TERTIA PARS.



AD aliam commisśi causam accedēs, quæ forsan litem hanc, vti fundamētū eius principale sustinere aduersa pars existimat, illa procedit ex qua-
233 dam clausula, † qua expresse prohiberi dicit dispositionem a Domna Marchesia factam Collegio Societatis Iesu; ea autem est huiusmodi, *En cara es condicion, que nō podades la dita Villa, & cosas que a vos tributamos, diuidir en parte, ni dar, vender, & alienar, ni en testament lejar, a lampara, Moro, ni Iudio, ni leproso, ni a persona otra potente ni priuilegiada, sino a fillos vuestros, & o a personas, en que el dito treudo, & cosas sobreditas sian siguras, con el treudo empero, cargas, & condiciones contenidas enel presente contracto, & no en otra manera.* Ex hac clausula pætendit, ac si verbis expresśis dictum fuisset

set, Societatis Collegium sic fuisse prohibitum adquirere, ac si expresse fuisset nominatum, & dominum vtilem sic contrauenientem pactis & conditionibus emphyteusis, priuationis & caducitatis pœnam absq; dubio incurrisse. Et quia pro nostris existimant in eorum fauorem esse clausulam hanc; alia fundamenta ad corroborationem huius caducitatis necessaria non opinantur, vnde solum conantur satisfacere fundamentis ab hac parte adductis pro huius pœnæ & caducitatis immunitate; quibus in discursu (ocasione id exigente) etiam respondebitur.

PRIMA, & principali defensio a caducitate ista proceditex eo,
234 quod in litera † dictæ clausulæ nihil adest, ex quo deduci posset pœnalē hanc clausulam comprehendere Collegium Societatis.

SIT prima ratio, cum pœnalis sit dicta caducitas iuxta conclusionem communiter receptam, verum est ab vno casu ad alium extendendam non esse, & si aliqua ratione clausula pœnalis alicuius contractus ex aliquibus verbis restrictiuis
235 limitari potest ad certos casus † in anterioribus clausulis expressos, nulla ratione fieri debet extensio ad casum, qui ex aliquibus verisimilibus ab odio & rigore pœnæ a contrahentibus videtur exceptus. Cum & vbi clausula decreti irritantis quæ est penalis, adiicitur, in dispensatione respectu vnius modi vacandi, ad aliū nō refertur. Anto. de Butr. con. 43. vers. Nec obstat. Eneas de Falcon. de Reserua. fol. 5. vers. Sed si in reseruatione, nec ad omnes alias clausulas ex Boer. Decisio. 119. numer. 5. tradit Gabr. de Clausul. con clus. 3. num. 83. & 86.

236 CLAVSVLA † autem pænalis huius tributationis est huiusmodi. *Item es condicion, que si vos & qui quiere, que por tiempo la dita Villa, & cosas que a vos tributamos, tendra & possidra, no daredes & pagaredes el dito treudo en cada vn año segun dito es, & no tendredes & cumpliredes todos & cada vnos cargos & conditiones sobreditas, sian caydos & caygan en comisso, & el vtil dominio sia consolidado, & aplicado al directo.* In primis in hac clausula aduertendum est, principaliter in
237 tributatione solutionis pensionis † effectum attendisse directos dominos, alia autem quę adijciuntur, minus principaliter, cū illud in specie exprimatur in hac clausula pena-
238 li, cętera † autem per verba generalia. l. sed & si quis. §. quæsitum. l. si quis cautio. l. si peculium seruo. de pecul. lega. Soci. in l. cum filio. nū. 9. de leg. 1. Crauc. cons. 973. num. 3. voluntas enim in specie expressa potentior est generali vt dicit Areti. cons. 8. col. 3. Crauę. cons. 570. num. 35.

DEDVCITVR etiam non cōpetere consolidationis ius, nisi ex nō adimplemento onerum & condi-
239 tionum, quæ ipsimet domini † vt onera & conditiones seruanda esse voluerunt, ita vt nō sufficiat in adimplemento alicuius ex clausulis deffecisse, nisi eam expresse vt conditionem & onus adiecerint contrahentes. Ideo prudenter ipse Petrus Cornel primus emphyteota acceptans emphyteusim, nō indistincte pollicetur & promittit adimplere onera, & alias

alias conditiones in clausulis adiectas, sed restricte & limitate, ad formam seu normam expressionis earũ factę in tributationis clausulis; sic enim promittitur; *& tener & cumplir, & seruar, todas, & cada vnas cosas, y cargos, & conditiones sobreditas, segun que de suso son recitadas.* Vnde onera quæ in superioribus aliqua ratione non videntur subiecta pænæ commis-
240 si, per acceptationem † non solum pœnalia nõ sunt reddita, sed a pœna reseruata, prętextu dicti relati & reseruationis, optime Paris.cons.9. numer.16.lib.3. Deci.cons.687. Socin. Iuni.cons.116.nu.21.& seq.lib.1. Craue.cons.126.num.5. Meno. cons. 71. num.23. Turet.cons.29.num.22. con. 70.num.7.lib.1.cons. 1. a numer. 6. lib.2.

AT qui non constat hanc pro-
241 hibitionem † alienationis subiectã fuisse pænæ commissi, cui subiiciuntur alię conditiones, adduntur enim in hac clausula prohibitæ alienationis de qua loquimur, in fine verba hæc. *Con el treudo empero cargas & cõditiones cõtenidas enel presente cõtracto, & no en otra manera*, ea enim verba hoc innuũt, tota clausula simul considerata, vt opporter nõ quolibet verbo de per se quasi ita diceret. *No podays dexar esta Villa a persona poderosa ni priuilegiada, sino a hijos o a personas, q̃ cõ seguridad paguen el treudo, y cumplan con las cargas y condiciones de la tributacion.* Hęc verba innuunt non connu-
242 merari inter conditiones † & onera prohibitionem hanc, ineptum enim esset clausulam adhibitam pro robore viribus & executione cõditionum, esse itidem conditionem de per se, non subalternam & restrictam ad superiora,

SICVTI enim aliquæ clausu-
243 lę executiuæ † dicuntur, & de per se nihil de nouo disponentes, adiectæ ad solam securitatem, & effectum aliarum clausularum Cur. Iun. consil.3.columna.2. consil.56. numer. 3. Exea de pactis numer. 226. Bertaz. consil.6.num. 24. in ciuil. Randen. in append.ad Analog. part. 4. a numer.71. Ita in præsenti de per se hæc clausula, inducere non potest conditionem & onus, cum nil aliud
244 respiciat † quam securitatem, & ad implementum aliarum conditionum, ideoq. optime adduntur verba ad superiora relata ibi. *A personas en qui el dito treudo, & cosas sobreditas sian seguras.* Vnde expresse asseritur in ea clausula nihil aliud attendi, quam securitatem eorum quæ antea dicta sunt, & probibitio alienationis in potentiorem ad id solum tendit. Ita vt sub verbo relati-
245 uo *sobreditas*, † non cõprehendatur pactum hoc prohibitium, de quo tunc non fuerat dictum, sed actualiter dicebatur, nec in verbo præteriti temporis comprehendi potest quod de præsenti dicitur, ex propria significatione. Bar. in l. si quis id quod. §. serui. colum.1.in fi. vers. Venio ad vers. quod si. de iuris. omni. iudi. Et licet in istrumento nihil videatur esse prius neque posterius, ad declarationem autem verborum & mentis contrahentium, considerari possunt hæ diuersitates inter vnam
246 clausulam † & aliam, quando sunt sub diuersis conceptionibus verborum Bart. & Doctores in l. 2. §. prius. de vulg. Felinus & Doctores in capit. pastoralis. de rescript. Fenu.de momen.temp.cap.17. num.18. & seq.

COADIVVANTVR hæc ex alijs verbis eiuſdem tributationis,
247 vbi abſolute & ſimpliciter videtur † conceſſa facultas alienandi, dicitur enim in principio eius. *A vos Don Pero Cornel eſcudero hauitante olim en la Villa de la Almunia, & agora en Mareca, & aquien vos queredes*, & poſtea in clauſula, vbi diſponitur de prælatione domini directi, caſu quo alienetur, aut vendatur de ea ſimpliciter & abſolute fit mentio abſq; aliqua exceptione potentioris, nec lampadis, Hæc autem facultas alienandi ſolet aliquando in emphiteuſi concedi ſic, vt abſque conſenſu domini alie-
248 natio † permiſſa ſit, vbi reſeruatur alicui, & cui ille concedere voluerit. Bald. & Angel. in l. cum eſſent. §. 1. de ſeruit. ruſt. Alberic. in. l. fin. C. de iur. emphit. col. penult. vbi Iaſſ. nu. 6. & eſſe communem opinionem dicit Pariſ. conſ. 3, nu. 20. lib. 2. & frequẽtiori calculo receptam Deci. conſ. 164. col. 3. verſ. Secundo reſpondetur. Iul. Clar. in. §. emphiteuſis. q. 13. verſ. Vlterius quæro Corbul. de cau. priuat. ob alienat. limitat. 2. Vnde ne adſit contrarietas, intelligen-
249 da † eſt hæc noſtra clauſula, ita vt alienatio in potentiorem non cauſet comiſſum, ſed quod ſit addita ad hoc (vt ipſamet verba innuunt) ne queat alienari niſi in perſonas in quibus ſolutio penſionis tuta ac ſecura. Et. & quia (vt dixi) dicta prohibitio cum concernat executionem contractus, & videatur continere in ſe quãdam executiuam clauſulam, hinc fit, vt ea vti executiua, referatur ad principaliter diſpoſitum concernẽs liberam penſionis ſolutionem, iuxta ea quę in his terminis tradit Dec. conſ. 500. num. 9. & alij, vt per Corbul. in d. tit. de priuat. ob alienat. limitat. 3. numer. 7. & 8.

NEC obſtat in ipſomet principio huius clauſulæ hanc nominari conditionem. dicitur enim, *Encara*
250 *es condicion*, non enim ſemper † ex eo quod a contrahentibus aliquid dicitur conditio, erit vere & proprie talis Corne. conſ. 301. lit. d. p. 4.

SECVNDO nos non negamus abſolute eam eſſe cõditionem,
251 † ſed dicimus non eſſe ex his, quarũ deffectus comiſſum cauſet, illud enim tantum procedere videtur vbi penſio non ſolueretur, & alię conditiones huic ſimiles non ſeruarentur, vt colligitur ex vltima clauſula ſuperius relata, ad eas que tantum ſe reſtrinxiſſe videtur dominus directus in hac clauſula, vbi dicens. *Que es condicion el no poderſe agenar eſtos bienes en perſona poderoſa, porque ſe guarden las conditiones y cargas, que hauia dicho antes*; hæ inquam conditiones ſupra relatæ tantum comiſſum cauſare poſſunt, non ergo hæc, quæ non aliter a contrahente dicitur conditio, niſi quatenus reſpicit ſecuritatem, & effectum aliarum conditionum, ſicq; indirecte talis eſt, pænalis autem clauſula, quæ de conditionibus & oneribus loquitur, extendi non poteſt ad ea pacta, quę indirecte, & ad executionem aliorum adijciuntur.

IDQVE comprobatur ex vltima clauſula iam relata, vbi pena comiſſi exprimitur: nam pæna † non
225 eſt principalis diſpoſitio, nec conditio ad effectum & robur contractus, cum tendat ad illius reſolutionem, & extinctionem; dicitur autem conditio indirecte, quia metu pœnæ ſeruabun-

uabuntur pacta. Vnde ficuti dicens ibi dominus directus, *que es condicion, que en caso no se pague la pension, sian caydos e caygan en comisso*; non dicitur proprie cōditio, nisi respectiue: nec ea verba, *et cada vnos cargos, & condiciones sobreditas*, dictæ clausulæ pœnalis referri possunt ad conditionem, nec comprehendunt eam, quę enunciatur in principio dictæ clausulæ. *Porque dezir que es condicion, hauer de perder los bienes no cumpliendo las condiciones, no puede estar entrañada essa condicion en el plural de las condiciones*, nec

253 esse causam † pænę, & ipsammet pænam, nec conditionem & medium vt illa adimpleatur, ficuti quis non potest esse vocatus & esse conditionē substitutionis, ne in sui ipsius deffectū vocetur l. sed si plures. §. fi. l. fi. §. Titius de vulg. dixi in Allegat. de Quinto. arti. 1. num. 373 & seq. Ita ergo & in nostra hac clausula, verbum in principio eius enuntiatiuum conditionis non efficit, vt dispositum in ea sit ex conditionibus, quę ex clausula pænali comissum causare possunt, a verbo conditionis vnius clausulę ad aliud alterius clausulę arguendo, ex late ame dictis in Alleg. pro Duce Villę formo. a num. 419.

NON etiam obstat, ea verba. *Aquien vos querredes*, † iuxta naturā

254 contractus & pacti huius, de quo loquimur esse intelligenda, & restringendam eorum generalitatem ab specialitate huius pacti. vt tradit Cels. Hugo. consl. 26. nu. 45. Gutierr. consl. 12. num. 39. Respondeo enim

255 non esse de natura † contractus emphiteutici, neque ex lege Collegiū Societatis Iesu non posse succedere in bonis emphyteuticis. Vltra enim quod in Aragonia hęc prohibitio de foro non solum admissa non est, sed expresse sublata, vt ex testibus in hoc processu deponentibus constat; pro nostris adsunt in eodem processu Bullæ Pontificię, quibus inhabilitas hæc iuris communis omnino sublata est, vt in suo loco dicemus, sicq. natura contractus emphyteutici non contradicit Collegio Societatis, si attendamus ius commune. Si autē inter ipsa pacta expressa ex eorū verbis, quę in tributatione sunt, dicimus, non adesse quæ sint contraria huic facultati liberę, ita vt alienatio actualiter facta subiciatur pænæ comissi, sed tendentia ad id tantum, vt secura remaneat semper solutio pensionis; hac securitate pręsuposita ex contrauentione prohibitioni dictæ non alienandi in potentiorem, de per se non resultabit culpa, seu deffectum adimplementi, ad pęnam comisi & caducitatis.

SECVNDA ratio, ex qua colligitur prohibitionem hanc non subijci clausulæ pænali, colligitur ex eo, quod verbis fere expressis contrahentes restrinxerunt prohibitionem ad causam, & effectum pensionis expeditius soluendę. Cum enim post expressionem eius addantur hæc verba. *Sino a fillos vuestros & o a personas en qui el dito trehudo, & cosas sobreditas sian seguras*, ex his verbis nascitur saltim expressa permissio alienandi in quaslibet personas securas, † etiam si potentes sint. Nam qualitatem istam potentiæ expresisse

256 censetur, quia potentiores solebant esse difficiliores in solutione huius redditus, non vt specialiter & absolute potentioribus acquisitionem prohiberet, sed potentioribus difficulter soluentibus, illa enim dictio, *sino a fillos vuestros*, significat con-

trarium eius quod in pręcedentibus
257 verbis dixerat, censetur † enim adiji-
ci priuatiue ad præcedentia, & per-
mittēdo ea, quæ in verbis præceden
tibus negata fuerant, cum subsequa-
tur hæc dictio affirmatiua post ver-
ba negatiua. l. actione. vbi Bart. Alex.
& alij. C. de transactio. Salicet. nu. 3.
Iass. n. 3. Deci. n. 5. Curti. Sen. n. 8. &
in dictione, nisi, adiecta postea quã
258 præcessit prohibitio † alienationis,
quod in eijsdem terminis prohibitio
nis illa sit permissa ex vi dictionis, ni
si tradit Ruin. cons. 127. num. 13. vers.
Quandoq; vol. 2. Beroi. cons. 84. nu-
mer. 17. vol. 2. & magis in terminis
idem cons. 133. numer. 2. eod. vol. vbi
consuluit, quod si præcessit prohibi-
tio alienationis, & subiecta fuerit
clausula, nisi depagua in paguã, si sit
huius paguæ vel solutionis, aliena-
tio permittitur, vti restricta prohi-
bitione alienationis ad alia, quæ dif-
ferũt a solutionis actu. Sequitur Surd.
cons. 11. n. 1. melius cons. 72. a n. 6. Ita
ergo & in præsenti, licet videatur præ
cedere indistincta prohibitio aliena
tionis in superiorẽ, quia tamẽ subse-
quitur clausula restrictiua eius pro-
hibitionis, & respectiua ad solutio-
nis securitatem, vbi illa adsit, cense-
tur etiam in potentiorem permissa,
cum enim dictio, nisi, operetur con-
trariũ antecedentis, & exceptionem
casus regulæ, non versaretur in eo-
dem casu, nec contrarium, sed diuer
sum statueret, nec esset exceptio re-
gulæ, si non deberet intelligi in pręce
dentibus terminis, & etiam in aliena
tione in potentiorem; vt in similibus
terminis tradit Canneti. in Extrauag.
volentes. vers. Sed operepratium. n.
25. & seq. fol. 186.

IDQVE patet, quia si vt ex aduer
so pretenditur, verbum, *persona otra potente* adiecta in verbis negatiuis,
comprehendit vniuersitatem, ita &
in eadam dictione persona, rursus
259 repetita † dicẽdum est. Aut si in hac
affirmatiua non comprehenditur
vniuersitas nec Ecclesia, multo mi-
nus in negatiua, quę est odiosa,
hęc autem fauorabilis, & reducens
ad libertatem disponendi de iure
cuilibet in re sua cõpetẽtẽ, atq; ad ter
minos eiusdem tributationis, vbi in-
nuitur hæc eadem facultas in illis
verbis, *A quien vos querredes.* Tum &
quia qualitas potentioris, vti adiecti
uum verbi, personæ, immediate præ-
cedentis, subintelligenda videtur in
eodem verbo, persona, iterum & in
continenti repetito Deci. cons. 370.
n. 4. Soci. Iuni. cons. 90. n. 17. lib. 1. Sil-
uan. cons. 64. n. 18. Ab. cons. 19. n. 12.
Rot. Decis. 374. nu. 4. p. 1. in nouis. Et
260 Ne alias frustratoria † videatur huius
modi adiectio, cũ respectu aliarũ per
sonarum certum esset alias permis-
sam esse alienationem, & id quod
respicit securitatem tributi, nun-
quã respectu personarũ particulariũ
cõsiderari solet. Vnde cum hęc secu
ritas tributi potius respiciat personas
potentes & alias, quas antea nomi-
nauerant contrahentes, in eijsdem
met, hęc verba affirmatiua intelli-
genda videntur. Vnde cum hæc secu
261 ritas non minor † sit, imo maior, exi
stente emphiteota bonorum Colle-
gio Societatis, cum & pars aduersa
alleget in artic. 15. Replicæ. *ser casa po derosa*, & testes in eo articulo, *ser los de la Conpañia personas ricas y poderosas*, &
præsertim Canonicus Millan Blas-
co dicit, *que tiene por opinion, y muy cierto, q̃ es la casa mas rica y prospera de religiosos, que hay en Çaragoça*, & Iaco-
bus de Vrgel, *que saue y ha visto, que*
viuen

viuen sobrados, quod an ita absolute verũ sit, postea videbimus. Suficit tamen colligere, quod si ex aduerso dictis Collegium hoc est ditior domus religiosorũ alijs huius ciuitatis, etiam ex eius dictis verũ erit, *ser per sonas en quien dito treudo, & cosas sobre ditas sian seguras*, vt dicit nostra clausula tributationis; & hinc sequitur ex alienatione in fauorẽ huius Collegij, licet potẽtioris, cõmissari nõ posse.

TERTIA ratio, quia & si de iure diuersæ causæ soleãt assignari à Doctoribus, huius prohibitionis in potentiorem & Ecclesiam, nõ solũ dificultatis pẽsionis recipiẽdæ, sed & recuperandi bona ob lineam finitã, & laudemij ob alienationem factã, vt tradit Caldas. de renouat. emphyteu. q. 19. nu. 17. & seq. nulla alia legibus † expressa est, quàm dificulta-
262 tis recuperandæ pensionis, vt patet in l. fin. versi. Si autem. C. de iure emphyt. ibi *sed concessas & idoneas ad soluendum emphyteutium canonem*. & expressius. l. fin. tit. 8. p. 5. ibi *mas a otras personas, de que no pudiesse auer tan ligeramente el censo, no la puede vender, ni empeñar*. vbi Greg. Lopez. Vnde cũ hęc sit sola ratio legis, a qua processit huiusmodi prohibitio, & alię sint adinuenta Doctorum, seu incõuenientia ab eisdẽm animaduersa, iura hæc omnia excepta ratione legali in actu tributationis omissa sunt, tanquam precisse non causatiua † cõ-
263 missi ex culpa, & omissione, prout negatio expressa solutionis, quæ directe, ad præiudicium proprietarij tendit. Quod eleganter considerat Gratus cons. 80. num. 9. vol. 1. vbi ad declarationẽ Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua. quęst. 116. & aliorum qui affirmãt militibus, curialibus, & potentioribus esse prohibitas cõductiones rerum alienarum addit hæc verba, *loquuntur in potentiori, qui non sit idoneus facilitate soluẽdi &c. sed isti sunt idonei facilitate soluendi, & eiusdem fori vt præsupositum est, ergo non aduersatur casui nostro, sed sub regula complectitur quod posit fieri alienatio. Et merito, cũ in hoc casu data facilitate soluẽdi in nullo fit deterior cõditio domini, cũ in emptore & si potentiori omnia iura contractus emphyteotici seruantur, & domino obseruantur. Vnde cum sua non intersit, nec de aliquo conqueri possit, a regula permisse alienationis in damnum emphyteotæ recedere non potest, cum iure id non probetur, nec Doctores hoc casu loquantur, cum sine causa a regula non recedatur, &c.* Aliæ etiã causæ solum indirecte præiudicant domino, quia perpetuam fieri successionẽ † & dominium vtile nõ ita temporale reddi, ac si particula-
264 ris posideret bona, nullibi est causa caducitatis, idem neque offerri occasionem venditionis faciendę, & soluendi laudemium, quæ cum nullibi censeantur causæ cõmisi, nec præiuditij considerabilis & immediati directi domini, vt videtur sentire Papon. lib. 1. Arrestor. tit. 14. §. 4. ex se non debent impedire alienationem in potentiorem, nisi iũctę huic principali, quæ consistit in dificultate soluendi canonem, qua cessante, vti expressa, † cessant aliæ, quę neque in lege, neq; in tributationis instrumen
265 to recensentur. Vbi enim vna ratio exprimitur, alia non, licet possit considerari, non habet locum dispositio cessante ratione expressa, licet altera militare † videatur, vt ad declarationem l. certi condictio. §. si nũmos.
266 si cert. pet. & l. 2. C. per quas person. declarat Lancel. Dec. in l. singularia. col. 3. in prin. ff. si cert. petat. qui licet addat hanc esse subtilitatẽ periculosam, quia sufficit in vna lege vnã rationem

tionem exprimi, in altera verò aliã, tamen in casu quo in alia lege seu dispositione non est expressa alia ratio, tunc non videtur negare dispositionis vim & effectũ sole rationi expressæ, vt eum sequitur Ripa. in l. si ventri. §. in bonis. nu. 16. de priuileg. credito. optime comprobat Tiraq. cessante causa limit. 22. nu. 19. & seq. & quia aliȩ rationes, cũ non sint im mediatȩ, sed accessoriȩ, hȩc autẽ solutionis pẽsionis immediata & prin-
267 cipalis, dum cesset prima † hæc causa, cessauit etiam dispositio Abb. in c. ex parte tua. col. vlt. per tex. ibi de conuers. coniugat. & Rip. in l. ex facto. n. 14. de. vulgar. Tiraquel. in d. limit. 22. num. 22. & sequent.

ET cum effectũ comissi, quem aduersa pars prȩtendere poterat, ex alienatione in potentiorem nõ causent (vt diximus) aliæ rationes, nisi iunctæ cum difficultatate soluendi, sumus in terminis, in quibus ad dispositionis prohibitionẽ attendi debet illa ratio, quæ solum habetur in
268 consideratione ad effectũ † producendum, vt ex Bald. in c. 1. §. is vero. post principium. de sucess. fratr. tradit Rip. in d. §. in bonis. nu. 15. Tiraq. in d. limit. 22. n. 17. Vt ex his pateat, quod cum in hac clausula prohibitȩ alienationis tãtũ expressa fuerit causa difficultatis soluẽdȩ pẽsionis, quæ in prȩsenti cessat, ex alijs causis dictȩ prohibitionis nõ poterit prȩtendi cõmissum. Imo potius censebuntur contrahentes sic restrinxisse prohibitionem hanc, vt attendi noluerint aliam causam, prȩsertim in materia pœnali, vbi vltra ea quæ sunt expressa, extendi non potest dispositio, maxime in hoc Regno. Ita vt etiã si verba prohibitoria videantur præcissa, quia tamen per subsequentia verba securitatis pẽsionis, colligitur
269 finalis causa & ratio, † secundũ eam regulari debent alia verba dispositiua, vt in terminis prohibitionis, ex qua clericus prætendebatur exclusus à successione feudi, aduertit Crauet. cõs. 445. n. 12. dicẽs, potius attẽdi debere dispositionẽ in verbis rationis, quã in verbis ipsius dispositionis.

QVARTA ratio si aliquid forsam reddere posset difficilem hanc exactionem pensionis, nihil aliud
270 est, quã diuersitas † fori, exemptioq; religiosis competens, præsertim Societatis Iesu: at hæc nullius impedimẽti esse possunt, id enim, ꝙ debitorẽ huius census magis cogere potest ad id, nõ est petitio vel libellus processus ciuilis ordinarij, eius enim longus & prolixus discursus parit dilationes, & plurima subterfugia, sed executio rigurosa & summaria, non citato nec audito possessore, per aprȩhẽsionis remediũ incipiens à priuatione possessionis. In his, & similibus remedijs priuilegiatis & executionis, consistit breuitas & facilitas huiusmodi exactionis. At huic re-
271 medio † subijciuntur non solũ personæ priuilegiatæ particulares, sed & quȩlibet vniuersitas qualitercumq; exempta, vt notissima & vulgata praxi quotidie obseruari videmus, quacumq; fori declinatoria nõ obstante procedi in eo processu. Vnde cũ eiusdem fori sit ecclesiasticus dominus vtilis, respectu bonorũ emphyteuticorũ, cui subijcitur quilibet alius laicus, prætextu huius rigidȩ executionis vt pensionẽ soluat, cessante fori diuersitate, ex consequenti etiã cessare debet prohibitionis dictæ rigor absolute in quocũq; ecclesiastico, seu religioso loco.

Ita vt nõ indistincte dicere possimus, ex eo quod religiosus & priuilegiatus est, prohibitũ esse emphyteusim

teusim adquirere, sed vbi simul cum priuilegio adest dificultas exigendi etiam per remediũ apprehensionis: idq; in dictis verbis domini directi dicere voluerunt, non absolutam & odiosam exclusionem religiosorum cõstituere. Ideo videmus, quod & si regulariter feudi videatur incapax
272 Ecclesiasticus, † quia tamen quantũ ad bona feudalia subijcitur foro seculari, vt ex Innoc. in c. verũ. de for. compet. cõmuniter scribentes id affirmare dixit Alex. cons. 79. in princ. lib. 1. Rip. in c. decernimus. nu. 21. de iudici. Iul. Clar. in §. feudum. q. 90. saltim de consuetudine ex Bald. in c. cęterũ. de iudic. vbi Felin. col. 2. Curti. iun. de feud. in. 1. p. 2. q. principali. & in 7. q. principali. nu. 15. Alciat. in c. cum non ab homine. n. 4. de iudic. optime Mozi. de feud. tit. de natura. feudo. a n. 129. hinc est posse succedere in feudis, cum clerus approbauerit huiusmodi consuetudinẽ coram iudice seculari comparendi, vt tradit Aflic. in c. 1. §. & hoc illud nu. 2. de benef. foemi. in feu.

I T A etiam videmus, quod & si in hac prohibitione expresse nominentur, Mauri, Iudæi, & leprosi, hodie tamen
273 † quoad eos omnino est obsoleta prohibitio, nec contrauenirет emphyteota in aliquem eorũ disponens. Antiquitus enim vbi Iudæi, & Mauri in suis sectis remanebant extra Ecclesiæ gremiũ, suos peculiares iudices, & particularem forũ habentes, ex nulla causa quantũcumq; priuilegiata, nec agendo, nec defendendo, coram iudicibus Christianorũ cõparere tenebantur, versabatur enim semper ratio publicæ vtilitatis & religionis, ne Christiani huiusmodi litibus & processibus, Iudæorũ aut Maurorum sectis aliqua ratione polluerẽtur: & ex diuersitate hac omnimoda iurisdictionũ, resultabat difficultas maxima recuperandi pẽsionẽ. Nunc autẽ, cũ specia li Dei beneficio omnes huiusmodi sectę abolitæ sint, sitq; tantũ vnum ouile & vnus Pastor, etiam sęcularis vnicus iudex superior ab omnibus recognoscitur. Hinc factũ est, vt cessante iam fori diuersitate, merito etiã cessauerit prohibitio, quo ad Iudęos & Mauros. Si autẽ respectu eorum, quia cessauit causa, cessauit etiã dispositio, indignum videtur vt eccle-
274 sijs & religionibus † idẽ negetur, cũ eiusdẽ fori in, cuius & sæcularis, quo ad hæc bona emphyteutica, & si ex hac causa tolluntur à prohibitione personæ literis & verbis expresse contentæ in illa, à fortiori religiosi & Religiones nõ expresse nominatę, sed per quandam Doctorũ interpretationẽ ab ea prohibitione exceptæ, & libere erunt.

E T confirmatur, quia si religiosi comprætendũtur vt potẽtes vel vt lãpades, nõ tamẽ illę sunt magis prohibitæ nec esse debẽt, quã Mauri & Iudæi, nã etiã ex verborũ cõtextu (vt similiter & ex eadẽ causa prohibiti pasiue adquirere) in eadẽ prohibitione, verbo, causa & oratione cõprehẽduntur, simul relatis lãpade & personis priuilegiatis, cũ leprosis Iudęis & Mauris. Vbi autẽ duo
275 † casus ęquiparantur à lege, consuetudo superueniens derogatoria eius quoad vnũ casum, etiã respectu alterius corriget illã legẽ. l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. iũcta. l. nõ tantũ. de seruo corrup. glo. & Bart. in d. l. si quis. Abb. dicẽs cõmuniter teneri in c. de multa. in glo. verb. in eandẽ. de prębend, & confirmat Roch. de Curt. in c. fin. de cõsuetud. n. 337. & seq. Maxime vbi est eadẽ ratio
276 † in casu a consuetudine omisso; tunc enim nõ dicitur fieri

O 2 exten-

extensio, sed comprehendi in ratione consuetudinis glo.in c.1.verb.Italię, de temp.ordin.Abb.in c.at si clerici.in prin.col.antepenul. & in §. de adulterijs col.4. de iudi. & alij, vt per Roch.de Curte in d.c.fin.n.350. Vnde cum ratio etiã dictæ consuetudinis inuiolabiliter obseruatę, quo ad Iudœos, Mauros & leprosos, etiã in religiosis adsit, non mirum quod absq; extẽsione, sicuti prohibitio eos hodie non cõprehendit, nec debeat etiam comprehendere religiosos. Pręsertim vbi lex seu dispositio pœnalis est, & consuetudo fauorabilis
277 † & facultatem disponendi & acquirendi concedens, eo enim casu verior est extensio ad correctionẽ legis, concessa etiam ab his, qui eam extensionem regulariter negant, vt colligitur, ex Innocẽ.in c. dilecto.de offi.Archid.Rom. cõs.368.col.pen. in fin.Alex.cõs.106.n.8. vol.2. & dicit magis communiter approbatam esse hanc concordiã Gabr. de præscript.Conclus.2.nu.16.

NEC obstat tẽpore dictæ tributationis certũ iam esse ex foris apprehensionis, religiosos ab huiusmodi processibns non posse subterfugere, cum iam pro rostris fori de his loquentes adessent, & cũ adhuc existẽtibus illis adiecta fuerit prohibitio hæc, presumi debet nõ obstãte hac æqualitate iudicij & fori, prohibitioni locũ esse. Respõdeo enim incõ
278 textu fororũ † non sic cõtineri ecclesiasticos nõ posse fori sui exceptionẽ proponere, vt non fuerit sæpe disputatũ in contradictorio iudicio, & in hoc æuo nostro vidimus, contentionem partiũ tollere sẽtẽtia necessarium fuisse. Vnde tempore confecti instrumẽti tributationis, dubiũ hoc erat, saltim deducibile in iudiciũ, & liti subiectũ, hunc autẽ belli timorẽ, vt auferret capitulũ Sędis, potuit tũc sic disponere: in præsenti autẽ cũ in hoc iã nullũ litigiũ incidere possit, nec ad tribunal Chancellarij deferatur, sed ipse iudex apprehẽsionis, nõ obstantibus his exceptionibus, vlterius progreditur in processibus, iam hodie timeretur, vbi non est timor, ideo cessante ratione prohibitionis, & ipsa prohibitio.

QVINTA ratio verba, *persona potente*, ex se etiã compræhẽdere nõ possũt huiusmodi Collegiũ, cũ enim in materia pœnali loquamur, verbũ,
279 persona, nõ † cõpræhendit vniuersitatẽ, vt tradũt DD.in l. si quis maior. C.de transanct.vbi Ias.Cagnol.n.17. Bertazo.latissime in repetitione eius legis, adiecta post tract.de clausu. à n.170.Ias.cõs.118. lib.1. vbi eius additio tradit Menoch.casu.183. n.16. Ideo mandatũ ad lites cõtra omnes personas, nõ cõpræhendit vniuersitates, aut Collegia, Archid.in c.2.de rescrip.in 6. vbi Ioan.Andr.& Dominic.col.3.Felin. in c.eam te.n.15. de rescri.Suarez in praxi in prin. annot. 4.n.25.Quę procedũt, etiã si adsit verbũ quantũcumq; generale † Barba. cõs.47.n.7.vol.4.Dec.cõs.486. Vrsil. ad Afli.decis.128.in fin.præsertim in Aragonia, vbi quia stamus † chartę, & non admittimus casus fictos, & improprios, fit, vt nec videantur cõpræhẽdẽda Collegia nec vniuersitates, nõ aliter de iure cõpræhẽsa, quã per fictionem, & improprietatẽ ex l. mortuo.de fideiussõ.Bal. in rubr. C. ad Trebel. & in l. omnes populi.de ius.& iur.Rom.cõs.195.n.3.cõs.400. n.4.vbi additio, & cõs.430.Soc.cons. 275.n.10.11.12.lib.2. expresse dicẽs id fieri per extẽsionẽ, melius & in terminis Dec.in d.cons.486.à nu. 3. vbi loquitur in statuto prohibẽte alienationẽ alicui, vndecũq; sit, & cõsuluit ea ver-

ea verba non includere alienationem factam vniuersitati, quia id esset per viam extensionis, & non de propria significatione, & quia statutum prohibens alienationem erat contra ius commune, & iniquum liberis hominibus potestatem disponendi tollens: subiungitq. opinionē hanc esse communem, & ab ea recedendum non esse, & num.9. vt in omnibus assimilaretur nostro casui, addit ex eo id verius esse, quia nondum vniuersitas vulterarum subiecta erat Florentię. Ita enim in præsenti casu, nec vniuersitas huius Collegij in rerum natura erat tributationis tēpore, agimusq; de prohibitione alienationis odiosa, & nitimur liberam disponendi facultatem extēdere. Sequitur etiam hanc eandem opinionem Casane. consi.1. num.37. Craue. de antiquita. p.4. in prin. nu.149. Bacca. de inope debito. c.13. n.10. vers. Præterea cū hęc tex. Couar. li.2. varia. c.8. n.19 Nico. Losse. de iure vniuersi. p.4. c.1. n 12. Decia. cons 10. nu.45. lib.1.

EX eo etiam nec verbum, potente, cōpræhendit Collegiū hoc, quia non est sic potens, vt in processu aprę hensionis non teneatur cōparere, vt diximus. Nec solet aliter intelligi potētior in materia, vbi aliquid in eius fauorem disponi prohibetur, quā in Episcopo, aut alio habēte iurisdictio
282 nem † in dominium directū, aut vtilē, sicq. non quilibet clericus, nec persona Ecclesiastica, sed qui habeat potestatem, siue iurisdictionalem superioritatem, is dicitur potentior, ex Innocen. & Host. in cap.2. de alienat. iudi. mut. caus. vbi Abb. num.2. Iacobi de S. Georg. in l.1. C. ne liceat potent. num.13 dicit communem opinionē Gomez. in regu. de subrogan. litigato. q.1. vers. Quę omnia. Mieres. in Cōstitutio. Cathalon. collat.6. c.3. nu.3. Dueñas reg.88. ampliat.4. Contard. in l. vnica. C. si de momenta. possess. limit.1. nu.99.

NEC obstat ex aduerso in propositione Archidiaconi, & Charitatherij allegari, Collegium hoc esse domum priuilegiatam, & potentem,
283 † & aliquos testes eius diuitias sic amplificantes, vt Canonicus Martinus Blascus asserat, *que tiene por opinion y muy cierta que es la casa mas rica y prospera de Religiosos que ay en Çaragoça*; libet enim iterum adiicere hęc verba eius, vt cum notissimum sit ignorari diuitias alicuius ab eo, qui eius facultates & redditus, quales sint, spetialiter, & expresse non vidit, nisi aliquis curiosus vicinus, aut do-
284 mesticus † argum. l. si ita. de fund. instru. Bar. in l.1. num.15. Alex. num. 16. si cert. peta. Mascar. concl.525. nu.14. Hic vir (alias probus, & religiosus) alienæ domus secreta & oculta non quærens, nescio qualiter potuerit hęc deponere. Pręsertim cum pluribus testibus a nobis probatum sit in 2. artic. propositionis, & inter eos ali-
285 quibus Collegij domesticis, † qui ad id admitūtur Bal. in l. facultates. nu. 77. de iur. fis. lib.10. C. Mascar. vbi supra. nu.15. distincte computatis eius redditibus, oneribus, expēsis, ac sumptibus, etiam ordinarijs ipsius Collegij nullatenus sufficere.

SECVNDO respondeo non esse
286 nouū Religiosos diuites esse, † sunt etenim multo plus ditiores quā laici, sicuti enim eorum professio excellentior est, ita & diuitiæ, quæ non in auro, & gemmis, sed in vitę Angelico instituto, & operū misericordiæ exercitio continetur. Sic enim primi

religiosi, qui aderant in initio Ecclesię,& ante quam discipuli apellarentur Christiani, illi inquam nomi
287 ne IESV vocabantur Iesęi, † vt asserit Diuus Epipha. in hæresi. 29. & ex Diuo Hierony. Eusebio Cæsarien. li. 2. Historiæ Ecclesiast. c. 16. & alijs, tradit eleganter Pater Gretserius in prima Apologia contra Symo. Lithiũ pro vita Beati patris Ignatij scripta a patre Ribadeneyra. lib. 1. c. 6. Hi in quam primi Christiani in omnibus
288 vt religiosi. † sic etiam a Gentilibus obseruabantur, vt Philo Iudæus nõ conuersus in lib. quod omnis probus liber, inter alia dicat hæc de illis. *Et propter vitæ institutum diuites habentur magis, quam ob rerum copiam.* Et nostro Beato Laurẽtio. in martyrio tyrannus diuitias Ecclesiæ increpans, subiungit Beatus Martyr, penes Prudentium.

Est diues inquit non nego,
Habetque nostra Ecclesia
Opesque & auri plurimum,
Nec quisquam in Orbe est ditior.

Is ipse tantum non habet
Argenteorum enigmatum
Augustus, arcem possidens,
Cui nummus omnis scribitur.

Sed nec recuso prodere
Locupletis arcam numinis:
Vulgabo cuncta, & proferam
Prætiosa, quæ Christus tenet.

ID autem Diuus Martyr ad pauperes referebat, vt exitus postea docuit, significans has esse diuitias Ecclesiasticorum, & Religiosorũ, proximum fouere & defendere, pauperibus & viduis corporaliter, ac spiritualiter subuenire. Hæcq; sunt prętiosiores diuitię & thesaurum, quod neque erugo neque tinea demolitur.
289 Quo etiam † dominus noster Iesus Christus in hoc sæculo Religionem hanc sanctam decorare dignatus est, ita vt posit dicere, id quod male dico dente Papyrius Mason. de Episco. Roma. in vita Pauli Quarti Summi Pontif. asseruit, eos *ita esse sapientes, vt putent se vel ipsi quandoque in celo imperaturos*; in quo & si ille fecerit quasi maledicentię tyrocinium, vt aduertit optime P. Martin. del Rio in Magicis Disquisitio. li. 2, q. 10. in fin. iure tamen putare possunt cum Diuo Pau. repositam sibi esse coronam iustitiæ; imperiumq. in cœlo, religiosissimum & a cœlo delapsum institutum obseruantes. Cũ & Ethnicus solo naturali lumine dixerit, *sapiens dominabitur Astris*. Hi ergo, quibus imperium hoc seruatur, merito Canonicus Martinus Blasco diuites nuncupauit. Quod autem ex diuitijs
290 † resultet potentia, præsertim in religiosis, quæ incapaces eos reddat a possessione bonorum emphyteusis, nulliter deduci potest, imo contrarium, vt antea dicebam, cum facilior sit a diuite pensionis exactio, quod principaliter domini directi in tributatione voluerunt. Si autem
291 huiusmodi potentiam † ex priuilegijs, & exemptionibus deducunt, cũ ea non sufficiant ad fori declinationem in processu appræhensionis, vt superius dictum est, non est potentia, quæ pręiuditium aliquod domino directo inferre posit, & ex consequenti, nec comissum, aut caducitatem.

NEC obstat videri compræhensum Collegium Societatis sub verbo, *Lampara*, cum eam habeat eius Ecclesia.

CVI obiectioni & alijs, vt satisfiat, præsupponẽdum est, ex eo quod (vt superius ponderatum est) adsunt clausulæ permittentes liberam alienationem huius districtus emphyteutici; ex eo patet exceptionem tantũ in hac clausula contineri, & limitationem facultatis alienandi antea concessæ, quæ ideo sic intelligenda est, vt non comprehendat alias personas quam expressas. Ita vt etiam si de iure multæ aliæ personę sub huiusmodi prohibitione comprehenderentur, vt patet ex his quę tradit Corbul. de caus. priuat. ob aliena. ampliatione. 11. non tamen continẽtur
292 alię vltra expræsse † prohibitę, eo casu, quo exceptiue adijcitur prohibitio hęc. Immo censebitur permissum relinquere quibuscumque alijs personis non expressis, ita ex Alex. cons. 106. num. 3. lib. 4. Ruin. cons. 213. num. 6. lib. 1. dicens esse veriorem, & communiorem opinionem, quem sequitur Suarez in verb. emphyteusis. num. 83. Gabr. de loca. concl 3. numer. 3. & licet cum Iul. Clar. in §. emphyteusis. q. 13. vers. sed quæro. Corbu. de cau. priuat. ob alienat. ampliatione. 2. num. 17. contrariam opinionẽ sequi videantur; tuetur tamen hanc Raud. cons. 17. p. 7. nu. 4. vol. 1.

HOC præhabito, nulla ratione inferendum videtur, ex prohibita alienatione in lampadam, ex eo etiam esse prohibitam in Ecclesiã, vbi illa adesse solet: est enim hæc pro
293 hibitio † multum vaga, æquiuoca, & dubia. Cum enim indistincte adijciatur lampas, non magis intelligitur de lampade Ecclesiæ, quam de lãpade Heremitorij, oratorij, immo & cuiuslibet domunculę; vbiq. enim ardere solet. Cum ergo sit verbum æquiuocum, & in materia pœnali in potẽtiori significato intelligi nõ debet, sed in minus principali, vt minus debeatur, aut vt mitius disponat ex Gemi. cons. 33. col. 3. in fi. num. 9. Caguo. in l. semper. num. 9. & 18. de regul. iur. Præt. de inter. vlti. vol. lib. 2. c. de scriptura. num. 249. fol. 254. Rauden. de analog. lib. 1. c. 12. a nume. 11. potius intelligi debet in alia lãpade cuiuslibet alterius loci, quã in lampade Ecclesiæ, vti famosioris & magis principalis.

NEC præsummendum est, præsertim ab Ecclesia adiectam fuisse conditionem prohibitoriam legati
294 ad luminaria † Ecclesiarum, cũm in effectu sic disponentes subtrahere videantur illis lucernas & lampades
295 tantopere a Concilijs † defensas, vt qualibet ratione eis obsistẽtes Cõci. Aquisgran. sub Reg. Pippino Franciæ lib. 1. c. 29. graui pœna afficiẽdos statuat, præsertim eos, *qui luminaria in Basilicis Deo dicatis, quæ ex fidelium oblationibus concinnari debẽt, auferri præsummunt.* Adijciens pro ratione hęc verba. *Nam si filij Aarõ Nadab, & Abiud, eo quod eorum negligentia ignis, qui iubetur in altari esse perpetuus, extinctus est, & propterea quod ignem alienum coram Domino offerre præsumpserunt, ob id igne egresso a Domino deuorati sunt: merito quod non sine magno animi mœrore prosequimur, horribili morte deuorandi sunt hi, qui ignem Domini in Basilicis sibi dicatis & consecratis, audacter extingunt.* Hæc Concilium prædictum, cuius verba recenset Duranc. de ritib. Eccles. lib. 1. c. 8. num. 3. addens vsus
296 huiusmodi lucernarum † fieri mentionem a Diuo Epiphanio, & a Diuo Chrisost. Ita etiam in Concilijs Hispanię idem omnino prohibitũ est,

vt patet in Conc. Tolet. c. 7. penes Archiep. Garciam de Loaysa. fol. 621. ibi, *qui obstinatæ mentis dolositate confusi, cum aliqua eius molestia fraternorũ iurgiorum pupugerit, insana illico temeritate abrrepti, altaria nũdantes, sacratis vestibus exuũt, luminaria subtrahunt, &c.* tradit late Don Ferdinandus de Mendoça in conci. Illiberita. li. 3. c. 2. fol. 9. Vnde verisimile non est in dicta prohibitione sic cõtineri Ecclesiæ lucernas, vt in effectu visa fuerit Ecclesia Metropolitana huius Ciuitatis, prohibere Domini nostri Iesuchristi Sacratissimo corpori, sanctissimæ que eius Matris, & aliorum sanctorum imaginibus lucernas & luminaria adhiberi ex redditibus huiusmodi bonorum, prohibita eorundem alienatione ex causa lampadis.

SECVNDO respondeo, reditus Ecclesiarum ✝ in quatuor partes diuisos fuisse, vt constat ex Gelas. Papin. c. 29. Epist. ad Episcopos per Lucaniam, & Brutiam, Diuus Grego. lib. 3. epistola. 11. vt patet in decret. 12. q. 2. c. quatuor autem. In Hispania autem hæc quadripartita diuisio restricta est ad tres
298 partes, ✝ vt aduertit eleganter dictus Archiep. Garsias de Loaysa in Cõci. Tarracõ. canon 8. fol. 73. vna autẽ ex his partibus, siue tertia, siue quarta, reseruata erat Ecclesiæ reparationi seu ✝ luminariæ, vt patet in Conci.
299 Bracaren. 1. can. 25. & in Bracaren. 2. can. 2. relato in c. placuit. 10. q. 3. & tradit Duranci. in d. lib. 1. c. 8. num. 3. Vnde cum pars tantum reddituum Ecclesiæ eius lucernis deseruiret, & si prohibita videretur alienatio luminariorum respectu, non inde colligi potest etiam prohibitam esse absolute in vtilitatem, & commodum ipsiusmet Ecclesiæ, & respectu aliorum, quę vtilitatem & commodum ipsiusmet importare poterant.

CVM enim inter se portiones
300 hæ distinctę sint, censeri non debet ✝ prohibitam esse in totum alienationem, quia in parte aliqua, & tantum respectu cuiusdam ministerij Ecclesię prohibetur, vt in terminis prohibitæ alienationis aserit Marin Freccia. de subfeud. lib. 2. q. 6. fol. 187. vbi nu. 3. asserit *in hac materia alliud esse totum & aliud partem, ex l. qui concubinam. §. 1. de legat. primo & secundum proprietatem sermonis vnum differre ab alio in multis: addens id maxime procedere, vbi quoad expressa tantum fieri debet relatio, vt quia sic priuilegio disponitur, tunc enim quod dicitur in toto, in parte verificari non potest, &* addit *totum verificari in parte, id non esse ex proprietate sermonis, sed per interpretationem, quæ non habent locum in dispositione strictæ: l. 3. § hæc verba. de nego. gest. ex Alcia. in l. pupilus. § fi. de verbo signifi. & in consil. 742.* & in terminis emphiteusis sequitur Frecciam Corbul. de cau. priuat. ob alienat. ampliatione. 3. Loquuntur enim in fortiori casu, vbi adest prohibitio generalis alienandi, & permittitur alienatio in certo casu, subiungunt enim hanc permissionem totius non compræhendere partem, sed ad totum referendam esse, partem que sub prohibitione generali compræhendi. Similiter ergo a contrario, cum adsit in nostro casu facultas alienandi, etiam si postea subijciatur clausula prohibitiua alienationis, quo ad particulare ministerium eius, scilicet luminarium, non potest extendi ad totalem prohibitionem alienandi in Ecclesiam: imo

imo potius ea alienatio in beneficiũ totius Ecclesiæ reseruata censetur, & compræhendi in clausula reseruante facultatem disponendi.

TERTIO respondeo, quod etiã si prohiberetur simplex alienatio
301 pro lucernis, † non inde colligi potest prohibitio mixta luminarium, & Ecclesię, aut templi simul, cum inter se omnino diuersa sint, vna enim omnino simplex, & singularis est, alia autem iuncta simul cum totius Ecclesiæ præiuditio; qui casus omnino mixtus est. At vbi standum est literæ, argumentatio hæc non admittitur, † quia casum mixtum com-
302 præhendi sub simplici, est ex quadam interpretatione. l. quid ergo. §. 1. versi. ex sententia. de his qui not. infam. Angel. in l. si ita scriptum. de libe. & posthum. Roland. in causa de Moçota. cons. 51. numer. 18. lib. 3. & cons. 31. numer. 44. lib. 4. Cota in memorabilib. verb. statutum, colum. 475. Curt. Iun. cons. 6. numer. 7. Riminald. Iun. cons. 340. num. 104. Camil. Gallin. de verbo. significatio. lib. 9. cap. 21. num. 3. fin.
303 præsertim in † exorbitantibus, qualis est hic casus priuationis, ex Bart. & Doctorib. in l. 2. de verbo. obligat. Iass. in §. omnium. num. 28. instit. de actio. Alex. in l. illam. in fin. C. de collatio. & in cons. 28. num. 13. lib. 4. Camil. Gallin. in d. lib. 9. c. 6.

IDQVE determinatum fuit
304 in Aragonia † in terminis for. de vsufruct. & iur. emphyt. vbi vsusfructuarius bonorum Emphyteuticorum in casu quo intra quindecim dies ante finem termini soluendæ pensionis apocham eius non tradiderit domino vtili, priuatur omnino dicto vsufructu: ecce pœnam priuationis emphyteusis, decissum tamẽ fuit non compræhendere casum, quo vsusfructuarius huiusmodi bonorum in parte eorum proprietarius est in Regia Audientia die vlti. Nouembr. 1572. in processu Iacobi Cobila. Cum enim forus simpliciter de vsufructuario loquatur, in hac pœna priuationis compræhendere non debet eum, qui simul vsusfructuarius & proprietarius est. Ita enim in hoc casu prohibitio alienationis pro lampade, non videtur compræhendere lucernam simul & Ecclesiam, cuius est luminare, presertim cum ipsa Ecclesia sit continens, nec dispositio relata ad contentum referri potest ad locum continentem,
305 † cũ longe inter se differant c. 1. de his quæ fiunt a maio. par. c. 1. de consti. vbi Barba. num. 24. Decia. cons. 123. num. 24. lib. 3.

QVARTO ex eo videtur non comprehendi in hac prohibitione lucernas Ecclesiarum, quia particula-
306 riter hæc bona simili oneri † subiecta iã erãt, constat enim id, & satis notorium est, ex duobus cereis perpetuo ardentibus in maiori altari Ecclesiæ Metropolitanę, districtum Marecę consensum fuisse prædictæ Sedi, cum dicto grauamine, qui duo cerei ex eo vulgo dicuntur, *las Marecas*. Cum autem semel & in origine pro luminaribus Ecclesiæ huiusmodi bona largita fuerint, successu temporis dici non debet prohibitam huiusmodi legandi causam, semel & in principio capacibus factis legatariis prędictis, ex doctrina singulari Bald. in c. quæ in Ecclesiarũ, col. fin. de constitutio. dicentis, quod licet emphyteusis Ecclesiastica non

transeat regulariter ad filios natu-
307 rales, vbi tamen a principio † fuisset concessa naturali, transiret etiam ad naturales, inspecta origine & radice ex cap. 1. §. ex eadem. de lege. Corradi. sequitur Iass. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius vocando. Roland. cons. 76. numer. 32. lib. 3. Ita ergo antiquior status huiusmodi bonorum consistens in alienatione facta ex causa cereorum, quæ in Ecclesia maiori perpetuo incensa sunt, efficit, vt inspecta huiusmodi origine, & radice, non censeatur prohibita iterata alienatio ratione huiusmodi lampadis coram altari sanctissimi Sacramenti. Semel enim effectis alienabilibus bonis prætextu huius causæ, alienari iterum poterunt ex eadem causa, vt de bonis
308 infeudari † solitis traditur in c. 2. de feud. glos. Clem. 1. verb. ad mensam, de excessib. Prelato. DD. in c. 1. tit. Episcopũ, vel Abbatẽ, vbi Præpositus, & Martinus Laud. Bart. in authen. qui rem. ad fin. C. de sacrosanct. Eccles. Didac. Couarr. lib. 1. varia. cap. 17. Iul. Clar. in §. feudum. quæst. 13. latissime Amade. a Ponte in tit. qui feu. dare poss. a nu. 150. cum sequentibus.

ALIVD principale fundamentum commissum tollens ex causa prędictę dispositionis resultat, ex eo, quod verisimile non est, nec pręsummi
309 † debet, fuisse intentionis dãtium ad tributum, comprehendere Ecclesias, vel Monasteria sub dictis verbis: ita, vt non solum ex dictis in præcedentibus non adsit aliquod verbum, vbi prohibita censeatur dispositio pro Ecclesiis, aut Monasterijs, sed nec præsumi debet id aliqua ratione voluisse dominos directos in dicto instrumento.

310 PRIMO autem id comprobatur ex eo, quod semper † licitum fuit relinquere Ecclesijs, semperque factas eijsdem profussas largitiones a Christianis latissime comprobat Card. Baron. tom. 1. Annal. fol. 450. & cuilibet Concilio Catholico licitum fuit a Christianis relinqui, vt patet ex l. 4. in C. Theodos. tit. de Episcop. & Cleric. Licet enim aliquando ad tollendas captationes hæreditatum, procedentes ex
311 abusu † quorundam Clericorum, seu Monachorum, vissum fuerit Imperatoribus Valentiniano, Valenti, & Graciano, anno 373. aliqua ratione eorum cupiditates refrenare ex l. 20. C. de Episcop. & Cleri. in C. Theodos. non tamen inde inferri potest absolute prohibitas fuisse dispositiones has, sed tantum captationes hæreditatum, vt patet ex contextu
312 d. l. 20. præsertim ibi, † *censemus etiã, vt memorati nihil de eius mulieris, cui se priuatim sub prætextu Religionis adiunxerint, liberalitate quacumque, vel extremo iudicio possint adipisci*, eamque Imperatorum fuisse mentem ex D. Hieronym. & D. Ambros. tradit optime Ioan. Molan. de pijs testam. cap. 34. Card. Baron. tom. 3. fol. 224. in fin. & latius tom. 4. fol. 269. & seq. in Annalib. tradit optime Frãcis. Iuret. in annotatio. ad epistolas Symachi. in annotationib. ad lib. 2. Beati Ambrosij contra Symach. ibi insertum pag. 327. Adhuc tamẽ ea lex postea abro-
313 gata fuit † ab Imperato. Theodosio & Arcadio. ex l. 48. C. eod. ti. ex eodẽ Iuret. & expressius ab Imperatore Constantino, vt patet in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. in Codice nostro Iustiniani, ne ex quorundã Religioso-

gioforum, aut Clericorum abusu omnes aliç Ecclesiæ præiuditium hoc non acquirendi quælibet bona eijsdem relicta paterentur. Sicq. fre
314 quens fuit † largitas hæc, ac disponendi in Ecclesias religio, vt vix reperiri posset Iustiniani tempore, qui nisi erigendi Ecclesiam facultas sibi esset, saltim ex suis bonis aliquid decedens non legaret Ecclesijs, vel etiam ex asse institueret illas hæredes, vt ex Nouella collecta diligentia Antonij Contij post libros Codi. Iusti. testatur Cardi. Baro. tom. 7. fol. 163. in prin.

QVO præsupposito, ius nempe commune largitionibus Ecclesiasti
315 cis opitulari, in his Regnis † hoc idẽ notissimum esse, etiam in antiquiori tempore optime demonstrat l. 1. tit. de las cosas de Santa Eyglesia. in for. iuzgo. legum, quas Reges Gothorum in tota Hispania obseruare præcipiebant, dicitur enim ibi: *Si nos somos tenudos de galardonar a los que nos sieruen, quanto de mas deuemos dar las cosas terrenales por redemmiento de nuestras almas, e gardar las que son dadas: e por ende establecemos que todas las cosas que fueren dadas a las Eiglesias, o por los Principes, o por los otros fieles de Dios, que sean siempre sumadas en so juro de la Eglesia.* Hæc autem omnia beneficia, quæ procedunt ex huiusmodi dispositionibus, sub his verbis generalibus tollere noluisse Sedem Cęsaraugustanam, nec Archidiaconum, & Carithaterium, dantes ad tributum verisimile est. Non enim prohibitiones huiusmodi alie
316 nandi, etiam si generales † sint, cõpræhendunt alienationes ob piam causam, nec in beneficium Ecclesiæ, vt si prohibeat statutum testari, nisi seruata certa solemnitate, non compræhendit testamentum ad piã causam, quia nemo præsumitur in dubio voluisse disponere in præiuditium Ecclesiæ. Bald. in l. generali. numer. 3. & in l. iubemus. 1. numer. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. Doctores in c. Ecclesia Sanctę Mariæ. vbi post Abbat. & Anton. de Butr. Felin. a numer. 70. Deci. numer. 50. Crot. in l. omnes populi. numer. 80. de iust. & iur. dicit communem Iass. in l. filiusfamilias. §. diui. de legat. 1. in prima lectura. numer. 82. & in secunda lectura. numer. 110. late Riminal. Iun. cons. 15. a numer. 85. pluribus relatis Magdalen. de num. testi. part. 2. capit. 6. numer. 20. Petra. de Potesta. Princ. capit. 4. concl. 6. a numer. 5. fol. 28. Si ergo in generali prohibitione alienationis nunquam præsumitur compræhensa Ecclesia vel pius locus, multo minus in prohibitione, quę generalis non est, sed relata ad personas & loca certæ qualitatis.

SECVNDA ratio, hęc veriora sunt, vbi prohibitio facta est ab Ecclesia & personis Ecclesiasticis, nam multo minus pręsumuntur compręhendisse loca, & personas eiusdem qualitatis, cuius sunt ipsimet concedentes: prout videmus in casu, quo verba sunt dubia respectu exclusio-
317 nis fæminarum, † si adiecta sunt in dispositione fœminę, interpretari sic debent, vt prohibitio non compræhẽdat eas, quia verisimile non est suum proprium sexum odio habuisse, tradit Anchar. cons. 339. numer. 6. in fi. vers. Tertio quod proles. Soc. in l. Gallus. §. nunc de lege. nu. 5. in. fin. de lib. & posth. dicens hanc decissionẽ

Q 2 esse

esse elegantem & notandum, & in l. cum auus.num.84. de conditio. & demonstrat. Decius in c.in præsentia.num.43. in fin. de probat. Iass. in l.sed si hac. §. liberos. num. 2. de in ius vocando, Tiraquel. in ll. connubialibus.in l.5.a num.26. Cald.de nominat.emphyt. quęst.19.num.67. dicens nu.seq. vidisse consultum a grauissimis iurisconsultis, bastardos alias exclussos a successione bonorum emphyteusis, admittendos esse, vbi Rector qui concessit, illegitimus erat, licet postea subiungat, in eo casu contrarium verius illi videri, cum bastardi sint personæ Ecclesijs odiosi, quæ potius attendi debent in huiusmodi tributationibus, quam Rectoris persona dantis ad tributū, is enim medium est, non causa originalis emphyteusis, ideoque non tam agitur de re Abbatis, quam de re Ecclesiæ. Quæ Francisci Cald.cōsideratio plurimum in præsenti ad id prodest, vt hęc bona Mareæ principaliter non vt Archidiaconi, & Carithatrij † consideretur, sed vt Ec-
318 clesiæ, & non cuiuslibet, sed Cæsaraugustanæ Sedis. Vnde non videtur eam in dicta † prohibitione odio ha-
319 buisse Ecclesias, nec Monasteria, prout in terminis consuluit Iass. consil. 117. a numer. 6. lib. 4. dicens, *quod & si Principes seculares in suis feudis secularibus verisimiliter non voluerint admitti Ecclesiasticos, non tamen est verisimile id in Ecclesiasticis feudis, ne suum proprium genus, scilicet Clericorum excludere visi sint*, c. duo sunt genera 12. q. 1. sequitur Roland. cons.76.num.13.vol.3.Surd.cons.140 num. 30.& seq.Ideo Anno 1592. decisum fuit a Senatu Parisiensi Amortizationi locum non esse Ecclesiastico domino ex bonis eius alteri Ecclesię datis, talis enim rigor derelinquendi bona non habet vna Ecclesia contra aliam, *& pour l'Eglise a autre n'y a aucune rigueur*, sicque fuisse dictum asserit Papon lib. 13. arrest. tit. 2. §.6. in nouioribus, optime Crauet. consil. 445. a numer.7. dicens, ex eo constare testatorem vocando seniorem nobilium dominorum Castri Scalengiarum non cēseri exclusisse a successione dicti Castri personas Ecclesiasticas nobiles, cum ipse testator fuerit persona Ecclesiastica, nec censeatur Ecclesiasticus Ecclesiasticos excludere. Præsertim vbi Ecclesia concedens
320 est Cathedralis † seu Metropolitana, tunc enim, cum illa sit mater omnium Ecclesiarum totius Diœcesis. cap. venerabili. de verbor. significat. Abb. in cap. ex parte. 2. numer. ad fin. de rescrip. dixi in Alleg. pro Beata Virgine del Pilar. numer. 85. non videtur odio sic habuisse filias & Ecclesias suas, vt eas excludere voluerit a successione huiusmodi bonorum.

TERTIA ratio, si consideremus vtilitates publicas prouenientes ex huiusmodi dispositione, multo minus verisimile est in prędicta prohibitione a Cęsaraugustana Sede voluisse comprehendi huiusmodi domos Ecclesiasticas. Notorium enim est in Orbe Christiano quantæ
321 vtilitatis sint hæc Collegia † Societatis IESVS, ibi enim soliti sunt Religiosi Grammaticam, Logicam, Theologiam Moralem, & Scholasticam sic docere, vt vberrimos fructus quotidie videat, & experiatur non solum noster Orbis, sed

sed & Indi, & remotissimæ Gentes, Iapponum Regio, & Regnum etiam Sinarum. Præsertim vero Grammatica † ea dexteritate, & religione
322 edoceri solet, vt scientia simul & virtus a iuuenibus inbibatur. Quæ necessariũ esse & ad iuuẽtutis magnos profectus a religiosis (his præssertim tẽporibus) etiã edoceri Erasmus profitetur in dialogo de pronũciatio. linguæ græcæ. Increpãs enim de more religiosos sui sæculi, dicit ex tot eorum ordinibus nullum extitisse, qui iuuentutem passim, & promiscue appertis ludis litterarijs, gratis, ac sine stipendio institueret. Nam, vt optime asserit P. Gretserius in Apologia. 3. pro vita B. Patr. Ignat. lib. 2. c. 1. fol. 355.
323 *Si paululum † superuixisset Erasmus mirari desiisset, iam enim id, quod ipse factum non esse admirabatur, ab Ignatio præstari vidisset, quod vt præstaretur mos & genius huius sæculi, quo tam multæ hæreses ex Orco vel iam eruperant, vel adhuc erupturæ erant, omnino exigebat.* hęc ibi Gretserus. *Imo plane nouum est, & superioribus sæculis inauditum, vt integer ordo, qua patet orbis diffussus inter primarias suas occupationes vendicaret sibi iuuentutis institutionem, non modo in sublimioribus illis Philosophiæ, & Theologiæ disciplinis, sed & in mansuetioribus Musis,* vt dicit idem P. Gretser. in Appolog. 1. pro eadem vita. B. P. Ignatij. lib. 3. ad fin. subiungens directis verbis ad hæreticum, cui respondit. *Aut ostende mihi Misene vel vnum ordinem, qui ante Iesuitas hanc Prouinciam ex instituto excolendam sibi delegerit.* Quod licet ipse Gretserius sua naturali modestia tacendum arbitretur, merito omnibus palam fieri debet, idq; multis audientibus, etiam in foro testari. Vnde patet impedientes has literarias scholas, præsertim Grammaticæ, & iuuenum primam institutio-
324 nem, † quot fructus, & Reipub. vtilia impediat: Et in hoc casu non solum in Hyspania, sed & in nouo Orbe prouentus maximos, fidei nostræ propagationem, dispositionem hanc conantes subuertere. Cum tamen sit *impium, † impedire homines libe-*
325 *beros, aut prohibere eis, ne res suas possint in pios vsus, in eleemosinas, aut propter Deum donare, seu dispensare in alimoniã pauperum studiosorum, qui & sacris literis impendentes operam, tandem valeãt Ecclesiæ prodesse* sunt verba Driedo. de libert. Ecclesiast. li. 2. c. 3.

SI autem hæc, vti cocernentia maximopere publicam Ecclesiæ vtilitatem ab omnibus obseruari debent, aut præsumuntur obseruanda, multo magis id verisimili intentioni Cæsaraugustanæ Sedis cõdonãdum est, quæ mater cũ sit, non videtur præsumendum, prætextu suæ tributationis prohibuisse bona emphiteutica erogari, vel concedi ex causa sic iusta, & notorie vtilissima vniuersæ suæ Dioecesi.

IDQVE probatur, nam etiam vbi prohibetur dispositio bonorum emphiteusis, aut feudalium in Ecclesiam, permituntur tamen alienari, pro eorum nouo † edificio aut repa-
326 ratione, saltim si parrochiales sunt, ex causa vtilitatis publicę, quæ oriri solet ab his Ecclesijs parrochialibus, administratis in eisdem sacramentis cum frequentia & contentione fidelium, vt videtur probare tex. iun. cta glo. in verb. dedicata in. l. placet. C. de Sacrosan. Eccles. idq; seruari Frãciæ, & limitari in hoc casu amortizationis iura dicit Bened. in verb. & vxorem. Decis. 5. num. 32. in c. Rai-

nuntius.de testam. Pech. de amortizat.c.25.num.2.Oliua.de iurefisci.c.7.num.30.Solsona in stilo capibreu. fol.56.Marc.Decis.534.a num.6.p.1. vbi optime, dicens ita vidisse obseruari in Ciuitate Grationopoli, sequitur eum Caroc. Decis. 26. num. 16. Hæc autem administratio sacramentorum, cum similiter & magno concursu & frequentia in domibus religionis Societatis Iesu quotidie fiat, non mirum eodem priuilegio dignas esse, quo Ecclesiæ alicuius parrochialis ædificium.

HVIVSMODI autem magnos horum religiosorum progressus in propagatione catholicæ fidei & illius augmento, mereri vt amortizationi huic, vel prohibitioni non subiaceat hæc insignis religio; patet ex eo, quod etiam ex causa fidei † personæ Ecclesiasticæ, alias prohibitæ succedere in feudo, admittuntur. Vt videmus in militibus Hyerosolimitanis quorum admisio, licet de iure fluctuet plurium opinionibus diuersa tenẽtibus, hi tamen qui de iure admitendos esse affirmant, vel consuetudinem, quę eos succesibiles facit approbant, mouẽtur ex priuilegijs Christianæ fidei, cuius defensioni, & propugnaculo armis temporalibus & terrenis semper asistunt, vt tradit Bald. licet dubius cons. 170. n.2.vol. 2. Cur Iun.de feud.p.3. princip.p.2.nu.29.fol.282. latius cæteris post Natam, & alios defendit opinionem hanc Vitri.Decis.446.a.nu. 7. Non minus ergo religiosi spiritualibus armis non solum Catholicam fidẽ defendentes, sed & propagãtes eã ad extremũ terræ, & Orbis, nec minus defendentes Ecclesiam ab incursionibus hæreticorum & defficientium a fide, ijsdẽ priuilegijs potiri debent.

328 ET si generale Cathaloniæ, quia ortũ & initium habuit eo tempore, quo Principatus & eius insulas quotidie inuadebant † infideles, & praua Sarrazenorum colluuies, ad totius Principatus & insularum eius, imo & omnium Ecclesiarum tutelam & propugnaculũ, ex eo dicit Sollsona in d.stil.capibreu.in d.fol.56.gaudere priuilegio Ecclesiæ ædificãdæ vel ampliandæ, ita vt non obstante prohibitione emphiteusis generale Aragonum non prohibeatur acquirere huiusmodi bona, non mirum si & Societas Iesus propter easdem causas hoc idem priuilegium sic irrefragabiliter habeat, vt nulla ratione præsũmi debeat Cæsaraugustanam sedem illam vel alias Religiones simile institutũ habentes, in hac clausula prohibitiua compræhendere voluisse. Nec minoris momenti est ad exceptionem hanc seu priuilegium huius beatæ Religionis fundandum, progressus iam dicti & notisimi circa æducationem puerorum, cum scientiarum celebri eruditione, nam ita
329 est in hoc peculiare illius † institutum, vt etiã in casu quo prohibitio †
330 ad religiosos extenderetur, nõ tamẽ ad hos ex causa huius singularis, & specialis eorum ministerij docendi facultates iam dictas, vt satis ad propositum consuluit Menoch.cons.969 a n.16.vbi, cum testator in quadam schola literarra ab eo instituta dispo suisset, quę personę ad docendum in ea admitti deberent, & expresse exclusisset Religiosos dicens, *& in ogni caso voglio che sia persona seculare non religiosa de ordine o congregatione alcuna*, Consuluit tamẽn Meno. sub hac prohibitione non videri a testatore com

præ-

præhensos patres Societatis Iesu. Cũ autẽ n. 18. adiecisset rationem prohibitionis, quare religiosos prohibuit ab huiusmodi lectura, quia non sic facile licẽtiam adepturi essent a maiori aut superiore, nec ita firmiter, vt successor licentiam arbitrio suo postea nõ reuocaret, & quia religiosi nõ ita facile possunt deserere diuina, maxime quę in choro peraguntur, vt studijs Dialecticę & Philosophię operãdent, addit hæc verba. *Hæc sane ratio omnino cessat* † *in religiosis his Societatis*
331 *Iesu, quorũ propriũ est incumbere ad hæc Dialectic s, Phylosophiæ, ac sacre Theologiæ studia, illisq; scientias studiosis, quorum ingens ad eos confluit numerus, explicare, eosq; erudire, &c.* Subiungens in fin. consilij sic esse pro publico communi quebono & voluntati ac dispositioni testatoris satisfactum. Non ergo mirum, si & in casu nostro propter has rationes sub verbis prohibitionis præsumendum non sit compræhendi Ecclesias, nec religiones, præsertim eas, quę suo instituto tantopere communi ac publicæ vtilitati, proximorum que prospiciunt; maxime que dioecesi & ipsimet Cæsaraugustanæ Sedi. Nec enim illius voluntatis, aut intentionis vnquam fuisse dici debet, sic prohibere personas de quibus loquitur hæc bona acquirere, vt
332 in proprium sui damnum † & præiudicium, etiam Collegiorum & scholæ literariæ fundationem prohibuerit. l. si idem cum eodem vers. Ne in potestate. de Iuris. omni. Iudi. l. 3. § 1. de arbitr. Paul. cons. 205. in fi. consil. 285. col. 3. lib. 1. etiam cũ literæ & verborum violatione Calderi. cons. vlti. col. 1. vers. Item quia si teneremus. de donati. Craue. cons. 334. num. 3.

QVARTA ratio, si ex alio cõsideremus animæ sic disponẽtis ęmolumenta spiritualia, & cæli capessendi magna iuuamina, verisimile non est ea omnia emphiteotæ prohiberi voluisse in hac clausula, de qua loquimur a Cæsaraugustana Sede. Cũ enim prædicta dispositione fundatorum titulo, effectibus & priuilegijs decorari voluerint, nanciscuntur ea omnia, quæ magnum & singularissimũ non
333 solum spirituale sed & temporale † thesaurum, & multo præciosius largitis bonis constituunt. Vt enim exclamat D. Hieronimus ad Hedibiam Quest. 1. *O quanta beatitudo pro paruis magna recipere, æterna pro breuibus, pro morituris semper viuentia, & habere Dominum debitorem.* Et D. Augustin. lib. 1. contra aduersarios legis, & Prophetarum subiungit. *Perparuum est quod in elemosinis datur, sed cum pie datur æternum inde meritum comparatur* Quæ autem æmolumenta fundator Colegij Societatis † Iesu habeat, nar
334 rat Pater Ribadeneyra eleganti suo stilo in lib. 3. vitę B. P. Ignatij. c. fin. ad fin. per hæc verba. *Y aunque por esta buena obra aguardan los fundadores el galardon de Dios nuestro Señor, por cuyo amor ellos principalmente lo hazen, no por esso dexa la Compañia de dar muestras del reconocimiento que tiene de ser agradecida, por el beneficio y limosna que recibe, haziendo por ellos, lo que se sigue. Primeramẽte procura darles gusto y contento en todo lo que puede al presente, y en conseruar la memoria del beneficio que recibe para adelante. De mas desto hazeles participes de todos sus merecimiẽtos y buenas obras. Dizẽse muchas missas ca la semana y cada mes por sus almas perpetuamente, y particularmente en el Collegio q̃ ellos fundaron. En cada vn año el dia que se hizo la entrega del Collegio a la Compañia se dize en el vna missa solemne, y las demas por el fundador. y ahiqual tambien se le*

da esse dia vna vela de cera cō sus armas, en señal de agradecimiento, y gratitud, y muerto el se haze lo mismo para siempre jamas con sus successores. Y en acceptando la Cōpañia la fundacion de qualquiera collegio se da auiso por toda ella, quā estē dida esta por todas las Prouincias y partes del mundo, para que cada sacerdote de todos quantos hay en ella, diga tres missas por el fundador, y en sabiendose que es muerto, torna a auisar el general a toda la Compañia, para que cada Sacerdote diga otras tres missas; y en el tiempo que los Sacerdotes dizen las missas, los que no lo son rezan sus rosarios, y hazen otras oraciones por el mismo fin. Y otras cosas semejantes se ordenan y mandan en las constitutiones y se guardan con todo cuydado, con que la Compañia declara el reconocimiento que tiene, y la gratitud aeuida a la caridad, y buena obra, que de los tales fundadores recibe. De manera que todos los religiosos de la compañia son como capellanes de qualquier fundador, y por ser dedicados del todo a Dios nuestro Señor, y comunmente hombres exemplares, y de buena vida, las oraciones y sufragios dellos le seran mas acceptos y agradables, y a las animas de los fundadores mas fructuosos, y efficaces para alcançar lo que para ellas piden del Señor. Y como la Compañia no tenga otras obligaciones de Capellanias, ni de missas, por no tomar limosnas por ellas, esta mas libre, y tiene mas q̄ ofrecer por sus fundadores, y biē hechores, como se haze. Voluisse autē testatrices † nostras titulum, &
335 priuilegia fūdatriciū, dicūt expresse in plica, ibi. *Dandonos a mi, y a mi hija nombres, y sufragios de fundadores, conforme suele la Compañia;* & deinceps alibi id repetunt, demonstrantes ad id propensam earum voluntatem.

VNDE cum sic ardenter & deuote voluerint suis animabus prospicere testando, non debet censeri pro-
336 hibitum in verbis † generalibus huius clausulæ emphiteotas in sui met vtilitatē & cōmodū scilicet suarū animarū disponere, Quę piissima causa est, cum regulariter prohibita alienatione, excepta censeatur qualitercumq; tendens in piam causam. Bald. in auth. res quæ col. 1. commu. de legat. vbi Corne. col. 2. Iass. col. 9. vers. Duodecimo extende. Angel. in l. quidam ita testamento. §. vlt. ad Trebel. Bald. & Roman. in l. si sponsus. §. concessa. per illum tex. de donat. inter. Tiraq. de priuileg. pię cau. priuileg. 102. & priuileg. 130. Mascar. conc. 1171. num. 71. Et magis in terminis prohibita alienatione rei feuda-
337 lis, † quod non comprehendatur pia causa, presertim de iure canonico, pluribus fundamentis deffendit Hostiens. in summa tit. de immunit. Ecclesiæ. §. in quantum, vers. Sed nec illa tradit Roman. singul. 529. & consil. 199. in fin. Feli. in c. inter dilectos. n. 10. de fid. instrum. Tiraq. in d. tract. piæ cau. priuileg. 104. additio ad Roman. in d. cons. 199. Mascard. cōclus. 1236. a numer. 67. & probat in casu singulari Purpur. cons. 402. a nu. 61.
338 maxime † si atendamus aequitatem juris canonici vt testatur Bal. in c. quæ in Ecclesiarum. num. 14. de consti. Iacobi. de S. Georgi. de Feud. vers. Et cum pacto quod de ipso. num. 5. quā in Aragonia sequendā deficientibus foris innuit Prohemium Regis Iacobi. 1. in Foris.

IDQVE comprobatur si enim licitum est disponere in fauorem cuiuscunq; personæ particularis, & dicta clausula expresse permitit alie-
339 nationem † pro filijs, etiam pro anima permisisse censetur, quam etiam pro-

propriis filijs iura præponunt, immo & cunctis rebus mundanis, ex Authe. si qua mulier. C. de Sacrosan. Eccles. tradit Bald. & post eum Iass. in 6. not. Bart. in l. 1. eod. tit. num. 74. vbi Iass. in prima lect. num. 20. & in 2. num. 18. & infiniti, quos refert, & sequitur Magdal. de num. testi. p. 1. c. 12. a num. 3. & p. 2. c. 3. a numer. 48. præsertim vbi de filiorum legitima non agitur. Immo & vbi p o anima
340 Deo † bona restituuntur posteritati & filijs maxime prospicitur, vt eleganter testatur D. Cyprian. in lib. de oper. & elemos. dicens. *In tuto hæreditas ponitur, quæ Deo custode seruatur. Hoc est charis pignoribus in posterum prouidere, hoc est futuris hæredibus paterna pietate consulere.* Si ergo etiam ex D Cypriano prouidetur filijs, & in eorum fauorem disponitur relinquendo Ecclesiæ, non solum prohibitio non comprehendit dispositionem hanc, sed includeat verba sequentia, quibus permittitur in filios alienatio.

IMMO si in huiusmodi seculares permittitur alienatio, & hodie etiam in Mauros, & Iudæos, ex causa sublatæ diuersitatis fori, vt superius dictum est, nulla versatur ratio, vt Ecclesias voluerit esse deterioris con
341 ditionis † Cæsaraugustana Sedes. Si enim Petrus Iacob. in praxi tit. de success. feudi. fol. 120. contra huiusmodi prohibitiones loquens asserit in hoc non debere iudicari deterioris conditionis Ecclesiam ipsomet Rege, cuius hęc sunt verba. *Non igitur credant Consiliarij, quod Ecclesia debet esse deterioris conditionis quã Rex, quoniam ipsa potuit aliquisiuisse, & adhuc poterit adquirere iurisdictionem, & comitatus, & Castra, & prædia, &c.* Non ergo mirum si in præsenti causa non aliud velit Collegium hoc Societatis, quam ne sit deterioris conditionis alijs quibuscumque particularibus personis huius Regni etiam inferioribus & Mauris.

QVOD verius erit si addamus, quanto melius & vtilius fructus bo-
342 norum expendant Monasteria † quã particulares personæ. Ipsa enim tot religiosis pijs ac deuotis viris alimoniam pręstant, & ex redditibus qui supersunt, pauperibus, ita vt nunquã in his domibus religiosis superflui
343 † redditus considerari posint, vt animaduertit in his terminis optime Driedo. de libert. Christ. lib. 2. c. 3. reprehendens Principes aliquos, residuos redditus Ecclesijs tollentes, vt superfluos, dicit enim. *Verum ne seculares Principes arbitrentur se habere ius dominij, aut ius vsurpandi sibi in temporalibus bonis, quæ superfluunt ministris Ecclesiæ, sciant huiuscemodi superflua esse pauperum. Proinde donemus Ecclesias aliquas, aut religiosas domos habere superflua in temporalibus, pro vsu sustentationis ministrorum Ecclesiæ, aut Monachorum, non tamen habent superflua, quatenus illarum Ecclesiarum, & Monasteriorum præsides, seu Abbates sunt patres, & prouissores pauperum. Et ideo seculares Principes non minus erunt sacrilegi, aut raptores, si hæc ab Ecclesijs auferunt, siquidem omnia Ecclesiastica bona vnico vel Ecclesiæ superflua, sunt pauperibus alijsque pijs locis indigentibus debita, tum pro augmento diuini cultus, tum pro alijs pijs causis Ecclesiasticis* hæc Driedo.

SI autem eos redditus poenes secularem eumque nobilẽ, aut po-

tentem consideremus, quam inutiliter expendantur, quotidie magno vtilitatis publice damno experimur, ita vt nequaquam præsumi debeat ex hac clausula Cęsaraugustanam
344 Sedem his + secularibus sic concessisse facultatem succedendi, vt Ecclesiasticis multo melius fructus expendentibus, denegasse censeatur. Hanc autem diuersitatem ad propositum ele
343 ganter considerat + mores hodiernos nobilium increpans P. Mariana. lib. 1. de Rege. & Reg. institut. ca. 10. pag. 115. & seq. dicens hæc. *Deinde sacerdotum copijs magna inopum multitudo alitur, qua potissimum causa a maioribus sunt datæ. Vellem quidem vt maiori modestia, & maiori cum fructu consumerentur, neque negare possum non paucos ijs copijs abuti ad prauitatem; idem tamen contendo, si cum profanis opibus cōferantur, multo maiorem afferre publice vtilitatē. Alioqui procerum ingentes redditus annuos ante oculos pone, non negabis in cultum corporis superuacaneum, canes venaticos, otiosam famulorum turbam, exiguo præterea fructu consumi. quod in templorum copijs non contingit, vbi enim pessime insumuntur, ibi plures aluntur paupe res, inde plura in Remp. beneficia bello paceque existunt. Considera mihi monasteriorum reditus non ingentes, ijs viros magno numero ali, honestis atque adeo plerumque nobilibus parētibus natos, qui paruo cōtenti vili cultu, victuque vitam sustentare satis habent; vt externi pauperes mittantur, quibus ijs ex opibus succurritur magno sæpe numero. Qui reditus si vni cuipiam profano homini darentur, miserabile dictu est, quam facile exiguoque fructu perirēt, ventri & libidini seruientes, certe in paucos famulos filiosque & cultum expensi.* hæc eleganter P. Mariana. Ex qua diuersitate secularium, & Ecclesiasticorum irrefragabilis videtur intentio Sedis Cæsaraugustanæ, non excludendi Ecclesias & religiones in hac clausula prohibitiua. Eo autem sęculo quando Ecclesia Metropolitana ad tributum dedit hęc bona Cornelijs, iure timeri potuerūt huiusmodi secularium abusus & inutiles largitiones, vt non sic in eorum fauorē disponere permiserit, quod in Ecclesias omnino prohibuisse alienationē visa sit. Nā suadet eorumdē præsens status, & plurium nobilium prodigalitas, ac profusa dispersio, & in præterito tēpore eadē adfuisse, ita vt quolibet ex his temporibus tributationis & nostro forsan licuerit & liceat cū Diuo Hieronymo ad Nepocianum lib 2. epis. 12. exclamare. *Pudet dicere Sacerdotes Idolorū, mimi, aurigæ, & scorta hereditates capiunt.* Non tamen est verisimile dictā Sedē præbuisse facultatem obmurmurandi quę subiungit idem Magnus Ecclesiarum propugnator, *solis Clericis & Monachis hoc lege* (pactis) *prohibetur, & prohibetur non a persecutoribus sed Principibus Christianis* (Ecclesijs Cathedralibus)

SIT tertia & principalis defensio huius dispositionis a caducitate, ex alienationis causa, quia & si ver-
346 ba + compræhenderent Collegium Societatis, & de mente Cęsaraugustanæ Sedis fuisset in hac prohibitione compręhendere quaslibet Ecclesias & Religiones: adhuc contrario vsu, & consuetudine inuiolabiliter obseruata succedendi in iis bonis etiam Ecclesias & religiones, non obstante prohibitione legali, & conuentionali, resultat nulla ratione prætendi posse commissum ex alienatione seu dispositione hac. In processu enim pluribus testibus practicis & expertis in iis constat, nō obstāte pa

cto adiecto in tributationibus, plura bona emphyteutica sic alienata esse in Ecclesias & religiones, vt possessionem huiusmodi bonorum illæ semel nactæ, semper absque aliqua lite & quæstione caducitatis ex hac causa possederint, & hodie pacifice possideant. Ex ea autem consuetudine sic probata resultare immunitatem a commisso ijs medijs, ac rationibus defenditur.

PRIMA ratio, nam priuatio hęc, licet sit conuentionalis, pœna tamē est, & suum odium habet, semper enim attendi debet illius origo & principium, vt in præcedenti parte ex Bal. & alijs probaui. At hæc priuatio licet pactionata, pręsupponit pernecesse culpam, sunt enim re-
347 lata. At culpa nulla adest, † vbi quis disponit in casu, quo apparet consuetudine id permissum esse; excussat enim illa a mala fide, vt ex Zenob. inter consilia Bald. cons. 370. lib.3. tradit Cotta. in memorabil. verb. consuetudo. vers. Secundo etiā habemus. Tiraquel. de pœn. temper. causa. 42. numer. 10. in fin. Farinac. tom. 3. crimi. quęst. 95. numer. 22. Nec præsumitur dolus † ex
348 actu fieri solito, etiam a iure vel a statuto prohibito. l. quid si fugitiuus. § apud Labeonem. de edili. ædict. vbi Bart. idem in l. si pignore. §. fin. in princ. de pignora. actio. Alberic. in l. dolum. numer. 6. C. de dolo. Paris. cons. 52. numer. 34. lib. 4. Marsil. cons. 90. numer. 12. cons. 100. numer. 12. Mascard. concl. 531. numer. 12. conclusio. 815. numer. 41. Farinac. d. tom. 3. quæst. 89. numer. 62. Defficiente autem dolo & mala fide, nulla culpa adesse potest, verisimiliter enim ac iuste crediderunt Domna Marchesia, & Domna Francisca videntes penes Ecclesias & religiones plura bona emphyteutica absque aliqua domini directi contradictione, eijsdem licitas esse alienationes has, nec domini contemptum aliquem adesse, aut præiuditium caducitate, aut commisso
349 dignum. Presertim inter mulieres † quas nō pręsumit lex in doloversari, glo. & Doctoribus in l. vbi. ff. de edē. nec lata culpa ex Bald. in l. fin. in prin. quæst. 3. C. de iure deliber. & in l. precibus. colum. 5. vers. Quid ergo si petis. C. de impube. & in rub. C. de rer. permutat. vers. Item quare donatio. & alibi, vt per Tiraq. de Retra. conuentiona. in præfati. num. 35. & in ll. connubial. glos. 1. p. 9. numer. 51. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. numer. 28. Mascard. concl. 959. numer. 7. Farinac. in d. quæst. 89. a numer. 50. Quod autem
350 excusset a culpa † consuetudo, colligitur ex d. l. si pignore. §. fin. de pignorat. act. Iass. in l. certi condictio. §. si nūmos. numer. 27. ff. si cert. peta. Cotta. vbi supra verb. consuetudo facit licitum. Tiraq. in d. tit. de pœn. temper. d. casu. 42. num. 9. & 10. Gabr. lib. 7. concl. 8. numer. 24. Farinac. d. quæst. 95. numer. 29. Non solum a pœna ordinaria † sed ab extraordi-
351 naria, vt ex eod. Farinac. in numer. seq. colligitur, exemplificans in contractu vsurario, alias de iure & iuxta omnia statuta prohibito, qui tamen, si communiter in loco fiat, †
352 excussat a pœna exterioris fori, ex doctr. Bart. in d. l. quid si fugitiuus. §. apud Labeonem. vbi Salicet. Bal. in l. 1. quæst. 3. col. 6. in fin. vers. Et hoc facit. C. de ijs quæ pœn. nomin. Alex. cons. 107. ad fin. lib. 2. Plot. de in lit. iur. §. 6. numero. 54. ad fin.

& alibi, vt late per Farinac. in d. quæst. 95. a numer. 5. Magon. Decis. Lucen. 1. numer. 31. Surd. cons. 184. nu. 9. & 10. Cephal. in epist. dedicatoria in vol. 5. consil. vbi late, & tradit noster Mol. verb. vsura. fol. 341. col. 3. vbi dicit notandum esse hoc singulariter in Regno, nam ex communi reputatione
353 ni reputatione † sustinetur contractus alias vsurarius, subiungens mente tenendum, quia quotidie potest hoc in practica accidere, & quod ex hoc possent aliqui contractus sustineri, saltim in iuditio contentioso.

SI autem contractus, alias illiciti & nulli, in foro contentioso validi sunt saltim respectu pœnæ, quæ solet incurri ex similibus contractibus, ex eo quod publice & palam sic contrahitur in loco absque pœna aliqua, non mirum
354 na aliqua, non mirum † idem etiam procedere, in contractibus ex se non iniustis, immo iustissimis, quales sunt dispositiones in fauorem Ecclesię, hæ enim etiam si prohiberetur, conuentione aliqua aut pacto, ex consuetudine fieret, vt prohibitio pœnalis limitaretur iuxta consuetudinem, & obseruantiam; nec pœna haberet locum; vbi consuetudo tollit amaritudines & odia, ac rigorem dicti pacti. inter alias
355 enim species consuetudinis † reperitur quędam, quę specifice nuncupatur solitum, seu assuefactio. l. si seruus plurium. §. fin. de lega. 1. & dicitur consuetudo permissiua, & per consequens excusatiua. l. venditor. §. si constat. commun. prædi. l. pignus. C. de pignorat. actio. Bald. in l. diuturna de legib. Roch. de Curte de consuet nu. 21. Raud. Decis. 6. nu. 11. & 12. p. 1. in Decisionib. Pisan.

SECVNDA ratio, hæc eadem consuetudo excusat non solum a pœna legali, sed & ab ea, quæ a dis-
356 positione hominis † procedit, cum eadem sit ratio, nec illa mutet naturam, nec odiosa esse desinat, licet in dispositione hominis adsit. ideo non solum consuetudo excusat a pœ-
357 na legis, sed ab statuaria, † quæ dispositio hominis est. Ancharr. cons. 283. Iass. in l. de quibus. numer. 8. ad fin. de legib. Nata consil. 498. num. 25. Plot. in d. §. 6. de in lit. iur. numer. 17. Farinac. quæst. 95. numer. 94.
358 Ita etiam & promissioni † iuramento valatæ contraueniri potest consuetudinis prætextu. Roman. cons. 461. numer. 1. in fin. Petra Sancta singul. 83. numer. 4. Iass. in l. singularia. numer. 49. in fin. ff. si cert. petat. & in d. l. de quibus. numer. 9. in fin. Tiraquel. de pœn. temper. d. casu. 42. numer. 2. Farina. d. quæstio. 95. numer. 20. pactis enim con-
359 traueniens † non etiam dicitur pœnam incurrere, nisi cum dolo & malitia illis aduersetur. l. sancimus in pœn. C. de pœn. Bald. in l. 1. numer. 27. C. de iis qui pœnæ nomi. Deci. cons. 581. numero. 10. Ruin. consil. 131. column. 2. volum. 1. consil. 127. volum. 2. Cefal. consil. 375. numer. 38. Gabri. consil. 90. numer. 26. volumin. 1. Mandel. consil. 97. a numer. 35. regulam hanc constituens, tam in pœna legali, quam in pœna hominis, quem sequitur Bertazol. consilio. 422. numero. 6. in criminal. eamque probandam esse ab eo, qui pœnam incursam dicit, scilicet dolose & malo animo contrauentum, determinauit Rota Rom. penes Caputaquensem Decis. 233. a numer. 6. part. 1.

Si

si autem in huiusmodi pænis con-
uentionalibus etiam requiritur do-
lus & mala fides, cum non adsint in
actu, qui fit ex causa consuetudinis,
& vsus obseruati, neque habebit lo-
cum pæna, etiam si conuentionalis
sit, vbi actus tantum mala fide factus
annullatur, & in pænam incidere co
git.

TERTIA ratio, hæc omnia ve-
riora esse debent in hac materia ca-
ducitatis, vbi ipsa de per se vt effe-
ctum habeat, requirit malam fidem,
360 ac dolum; & sufficit quælibet † cau-
sa colorata etiam iniusta, vt quis ab
illa excusetur Iuli. Clar. §. emphy-
teusis. q. 8. vers. Sed quid in emphy-
teota. & probatur ex c. fin. de prohib.
feudi alienat. Bald. in l. solemnibus.
in fin. C. de rei vendicat. tradit Rimi-
nal. Sen. cons. 421. num. 16. dicens,
sufficere causas, quæ videbantur sa-
tis probabiles, & rationabiles, etiam
si postea aliter apparuerit. Imo &
sufficit leuis, iniusta, & quasi fatua,
vt testatur Beroi. cons. 155. numer. 9. &
10. lib. 1. & causa etiam bestialis vt ex
Gigante in tit. de pension. quæst. 88.
nu. 9. tradit Corbul. de causa pri-
uat. ob non solut. limit. 17. num. 2. &
omnem causam, etiam iniustam ex
cusare tradit Sola. to. 1. tit. de iur.
emphyt. Decret. licet iure. p. 3. gl. 1. n.
48. sed consuetudinis excusatio iu
sta causa est, ergo si prodest contra
alias pænas, multo magis contra pæ
nam caducitatis. Sicq; in causa de
Casafreda, vt superius diximus, in
motiuis expresse dictum est, quam
libet causam excusare. Tum quia ad
361 minus requiritur † mora, seu culpa vt
ex Alex. dicit Cagnol. in. l. id quod
nostrū. col. vers. 5. nō obstāt allegata.
de reg. iur. Crauet. cons. 233. num. 3. in
fin. sed culpa nec mora esse potest,
vbi consuetum est alienare.

HÆC QVE veriora sunt in em
phyteuticis bonis Ecclesiæ, † cū cleri
ci in pœnis non debeāt esse tenaces, vt
dicit Butr. cons. 34. in fin. vbi additio
litera. D. Bonacosa. de æquita. Ca-
non. conclus. 34. Nam Ecclesia pie
procedit, nec debet esse ita prona ad
caducitatem, sicque contra eam iu-
dicandum asserit Dec. cōs. 138. post. n.
7. & ideo etiam si in dubio fauendū
36 sit † Ecclesiæ, id limitatur, vbi agitur
de pæna illi applicanda: quia cum il
la sit cultix iustitiæ, & æquitatis. c. 1. §.
si diuersum. de alienat. feu. non quæ-
rit ditari cum aliena iactura, prout
ita placuisse dominis de Rota Bono
niensi in his terminis testatur Benin-
tendis Deciss. 37. num. 25. optime
Amatis Decis. 70. num. 59. & seq. di-
cens; *ab Ecclesiasticis personis non ita fa
ciliter exigi pænam, quia lucrum inho-
nestum cum iactura alterius reputatur.
c. suam ad nos. vers. quia agitur. de pæn.
addens ex Rutil. Bençon. quod si eum tex-
tum ponderarent Ecclesiarum Rectores,
proni forsan non ita essent ad has caduci-
tates, & pænas, præcipue contra pupillos,
& minores, quorum protectionem ne op-
primantur potius sumere deberent. c. 1. de
postul. in fin. alias in die iudicij aduersus
eos clamabunt ad Dominum*. sequitur Vin
cent. Caroci. Dec. 9. nu. 14. Quid autē
dixissent hi doctores, vbi non minor
& pupillus, sed Ecclesia, & Collegiū
vicem minoris sustinens, dominus
vtilis esset, & huiusmodi cuius defen
sio ac protectio est multo maioris in
teresse, & vtilitatis publicæ, quam
pupillorum.

INDE arbitror processisse dis-
364 positionem Constitutionis Synodo-

lis † compellentis Ecclesiasticos do-
364 minos directos ad restitutionem bonorum dominis vtilibus, vbi fuerint satisfacti de damnis & interesse. Ex eo etiam veriora erunt in hoc casu, quæ prætextu consuetudinis ad excusationem caducitatis pertinere dicimus, cum proniores esse debeant ipsi Ecclesiastici, præhabita consuetudine alienandi ad non comissandum, & eo casu lucrum ex huiusmodi pæna multo magis inhonestum esset quam in alijs casibus, de quibus doctores. Præsertim cum has con-
365 suetudines † atendere debeant Ecclesiastici, & secundum eas suas causas iudicandas esse disponat Summus Pontifex. in c. 3. de eo qui mititur in possess. etiam si ipsi Ecclesiæ aliqua ratione videantur esse damnosæ, vt in terminis tradit Corbul. de causa. priuat. ob non solut. can. limit. 2. numer. 2.

QVARTA ratio, magis ad propositum in terminis caducitatum consuetudine excussare, ex eo
366 patet, quod emphiteusis † regulari solet a consuetudine. Guido Papa singul. 594. Hyppolit. de Marsil. singul. 425. Simon de Pret. cons. 106. numer. 67. & seq. Magon. Decis. Lucens. 7. numer 9. præsertim † in
367 emphiteusi Ecclesiastica, vbi consuetudo multum potest ex Pau. de Castro. consil. 237. col. 2. in 1. vol. & in l. etiam. Soluto matrimo. Decius in c. at si clerici. col. 13. versic. Et idem in simili casu. de iudici. Decian. consil. 4 numer. 43. lib. 4. & semper in dubio facta intelligitur se-
368 cundum † consuetudinem loci, ita vt sit alienabilis, si consuetudo id dictet, vt post Oldrad. tradit Paris. consil. 13. numer. 30. lib. 1. Decian. consil. 123. numer. 48. lib. 3. hinc fit vt aliquando adijciantur quæ-
369 dam † clausulæ comissi magis ad terrorem, quam vt exigantur, easque ab aula recessisse, id potest in hac materia consuetudo, vt ex Nata consil. 593. numer. 6. tradit optime ad propositum Thesaur. Decis. 227. num. 2.

HINC est, vt si non soluatur
370 canon, † non cadat emphiteota ab emphiteusi, vbi consuetudine loci fit, vt canonem non soluat quis tempore statuto, sed post aliud tempus, vt ex Bart in. l. nemo est qui nesciat. de duo. reis. tradit Ruin. consil. 151. numer. 8. volum. 1. dicens hoc ideo procedere, quia omnis dispositio siue vltimarum voluntatum siue contractuum, recipit, interpretationem a consuetudine: tradit Corbul. de cau. priuat. ob non solut. limit. 25. & pluribus relatis tradit in limit. 2. a numer. 4. Sola. d. to. 1. tit. de iur. emphyt. d. decret. licet. glos. 1. numer. 24. versic. Septimo si consuetudo. Raud. consil. 19. numer. 1. lib. 2. Idem etiam in consuetudine quoad mo-
371 ram † purgandam, licet enim id regulariter non admittatur contra dispositionem præcisse, vbi tamen consuetum est purgari moram, id admititur, vt late tradit Decian. consil. 4. numer. 41. & a numer. 43. lib. 4. cum tamen semper soleat esse pactionata huiusmodi conditio soluendi censum; & tamen liberat consuetudo non soluendi iuxta terminos & literam conditionis.

ITA etiam licet semper addi soleat clausula prohibens diuisionem,

nem, vbi tamen diuidendi con-
372 suetudo † reperitur, ex diuisione non resultare caducitatem tenuit Rota Lusita. penes Gam. Decis. 78. dicens sic fuisse pluries iudicatum.

ITA etiam in prohibitione
373 alienationis † videmus, consuetudo enim ipsa reddit emphyteusim ex sui natura alienabilem, vt ex l. pater. §. quindecim. de lega. 3. tradit Bald. in margarita. vers. Prælatus concedit. Ancharr. in cap. 2. numer. 1. de feud. vbi Immol. numer. 6. in fin. nec reprobat Rota Decis. 360. numer. 13. p. 1. in nouissimis. vbi in loco adest consuetudo illa alienandi. Et licet expresse prohibeatur sub pæna caducitatis, adhuc consuetudo excusat ab ea, & valida est huiusmodi alienatio, si fieri solet de bonis eiusdem qualitatis, vt tradit Ioan Raynald. in c. imperialem. §. habito. col. 24. de prohibi. feu. alienat. quem sequitur Redoan. de reb. Eccles. non alien. tit. de caducitate ob rei alienat. num. 13. Roch. de Curte. de consuetud. numer. 495. dicit communem Curt. Iun. consil. 158. numer. 8. & alibi, vt per Corbul. in d. tit. de cau. priuat. ob alienat. limit. 32. vbi licet in fine asserat consuetudinem hanc non derogare prouisioni hominis, vt postea dicemus, intelligitur vbi etiam non referretur consuetudo ad bona data ad tributum sub huiusmodi censu. tradit Siluan. consil. 65. num. 17. late Bursat. cons. 40. cons. 50. cōs. 49. consil. 253. num. 13. & consil. 295. numer. 16. vbi in fortioribus, consuetudinem hanc dicit extendi ad bona Ecclesiastica, & ad dispositionem in viam testamenti. tradit Roland. cons. 42. a num. 23. vol. 1. Personal. Iun. consil. 36. a numer. 20. pulchre Thesaur. Decis. 169. dicens sufficere eo casu ad euitandam pænam, aliquem doctorem de consuetudine testari, sequitur etiam Sola in d. tit. de iur. emphyt. decret. rempublicam. p. 1. gl. 2. numer. 10. Ioan. Bapt. Surd. de feud. tit. si de feudo defuncti fuerit contrauer. numer. fin. ergo non mirum in hoc casu consuetudinem operari, vt absq; aliqua pæna in Ecclesias factæ dispositiones validæ sint.

QVINTA ratio in terminis prohibitæ alienationis in Ecclesiasticos ex consuetudine dispositiones in eos factas validas esse patet, quia similiter feudalia bona † in Eccle-
374 siasticos prohibentur alienari, & tamen ipsi succedere possunt, vbi ex vsu & consuetudine regulariter solent succedere, ex Andr. de Isern. in. c. 1. in fin. de cleri. qui inuestitu. fecit. Bald. consil. 170. num. 2. lib. 2. Curt. Iun. de feud. in 3. p. principali. membro. 20. nu. 16. Sensbech. de feud. p. 12. numer. 147. Cas. ne. in consuetudi. Burgundiæ. rubr. 3. §. 5. versi. Excepte les religieux. numer. 18. limita. 10. Dueñas reg. 103. limita. 9. Guerni. Piso in prælud. feudo. fol. 174. quem in hac limitatione sequitur Bamacar. de feud. tit. si de feudo defuncti. contentio sit. q. 4. numer. 77. tenet etiam Thom. Marin. de feud. tit. de pact. & prouid. vers. Cōstitutio Regni. numer. 144. Capreol. de succes. ab intesta. lib. 1. numer. 33. Menoch. de arbitra. in aditio. nouiter impresis ad tract. de arbitrar. casu. 231. a num. 66. vbi optime.

Magis autem ad propositum facit
375 doctrina Specul. † in ti. de locat. §. nūc aliqua. num. 143. & seq. quem alij plures sequuntur, vt patet ex Cancer. lib. 1. varia. c. 11. num. 59. Oliua. de iur. fisci c. 7. num. 28. & alibi. Ipse enim Specula. admitit contra prohibitionem alienandi, consuetudinem qua permititur alienatio in fauorem Ecclesiastici, licet sub obligatione post annum vendendi ea bona alicui sœculari, licet enim sub hoc grauamine, expresse tamen concedit non obstante hac prohibitione, ex consuetudine alienari posse in Ecclesiasticos, & sicuti testatur validam esse consuetudinem, & per annum robur habere alienationem, idem absq; dubio dixisset si alienationes perpetuæ in Ecclesiasticos vsu, & consuetudine fierent.

TRADIT optime Marc.
376 Decis. 253 p. 1. à num. 2. † dicēs, quod et si aliqui velint dicere, in clericum censeri prohibitam alienationem propter mutationem fori, quia est difficilis conuentionis, addit hęc verba num. 4. *sed super hoc multum attenderetur consuetudo arg. l. de quibus. de legib. quia in contractu militum operatur consuetudo, & specialiter in contractu emphyteutico d. l. fin. super Verbo, Vitari vbi Iass. not.* 10. subiungens *id facere pro causa Humberti de Baternai contra Antonium de Lens præsbyterum Ecclesiæ sancti Mauricij Viennæ. Humbertus enim agebat contra præsbyterum, vt deponeret vineam, cuius ille dominus directus erat, præsbytero relicta in vim donationis, qui tamen allegabat pro se consuetudinem Aluæ Ripæ, & Bailiuatus Viennensis, vbi præsbyteri seculares sunt capaces ad tenendum de emphyteusi laiccrum.* Id autem verius est in nostro casu, vbi facilior esse debet introductio consuetudinis succedendi clericos in bonis Eccleasisticis.

CONSVLVIT etiam in hoc
377 Laderchi. cons. † 141. à num. 2. dicēs magnificum Prætorem rectissime iudicasse in ea causa, pronuncians validum fuisse legatum emphyteusis Ecclesiæ, ex causa consuetudinis, innixus doctrinæ Specula. & aliorum, præsertim cum in eo casu adesset pactum expressum non alienandi, & tamen adhuc respondit eidē etiam consuetudine fuisse derogatum, quia pactum illud secundum ius commune declarandum erat ex Salicet. in l. ea lege. num. 17. C. de condit. ob causa. Imo & vbi in potentiorem alienatio prohibita est, adhuc consuetudine eidem derogatur, vt dicit Ossasc. Deciss. 144. num. 14. vers. 4. dicitur. affirmans, leges prohibentes alienationem in potentiorem, ex eo esse antiquatas, quia passim videmus in qualibet Christiani orbis parte, Cancelarios, Præsides, Senatores, Præfectos, & alios Magistratus, etiā administrationem, & iurisdictionē habentes, emere immobilia. Ita ergo non mirum, quod & in hoc casu consuetudo probata alienationum in fauorem Ecclesiarum, antiquauerit clausulas earum prohibitorias.

SEXTA ratio in hoc Regno †
378 non minor adfuit ocasio inductiua huiusmodi consuetudinis; libere enim alienare licet bona emphiteutica, dummodo tributum saluum remaneat, vt in obseru. Item in Aragonia. 23. de generalib. priuileg. fol. 22. sicq; plura ex ijs, quę de iure ob alienationem † considerari poterāt
379 ad caducitatem, in Regno nostro subla-

sublata sunt,& cum principaliter nõ
attendatur nisi securitas census,vt su
perius dictum est, nec sit ita riguro-
sa prohibitio, prout de iure, facilius
eidẽ derogari potuit cõsuetudine.

TVM etiam, quia religionũ, &
380 Ecclesiarũ † fauor in Aragonia sem-
per maxime habitus introducere
potuit consuetudinem, quæ tolleret
hanc odiosam earum exclusionem,
quibus addendum est plura bona,
381 & hereditates † oneribus ijs,ac cen-
sibus subiecta reperiri, nec aliqua
etiam tenuis hereditas cuiuslibet pu
pilli,aut viduę reperitur,quæ huius-
modi pensionibus nõ subijciatur,aut
saltim in hac ciuitate vix sunt bona
libera ab emphyteusi, quæ tamen si
alienari non possent in Ecclesias, vi-
duæ & pupilus pluribus sufragijs
382 † Ecclesiasticis priuati remanerent,
non habentes alia bona præter quã
emphyteutica, quorum donatione
in Ecclesias,orationibus & sacrificijs
eorum animæ à purgatorio ad cælũ
ascenderent. Prohiberentur etiam
aliæ plures dispositiones in alia plu-
ra loca pia,quibus hæc Ciuitas insig
nita est, presertim generale hoc no-
strum Hospitale,& merito generale
non enim solum in Hispania, sed in
alijs orbis partibus pluribus enco-
mijs,& legatis ac donationibus com
mendatur. Ea autem præstari non
possent à pluribus huius Ciuitatis in-
colis, si prohibitio huius clausulæ va
lida esset: Quod equidẽ aliqua ratio
ne impium, & iniustum videtur. Et
si alibi introducta est consuetudo
alienandi contra prohibitionẽ hanc,
383 ne impediretur comertium † bono-
rum,quia plura etiam reperiebãtur
bona emphyteutica seu feudalia, &
oportebat pro conseruatione patri-
monij temporalis liberam contra-
trahendi facultatem,quo ad hæc bo
na consuetudine introduci, vt opti-
me ponderat Bursat. in his terminis
de consuetud. Mantuę & alibi pœ-
nes Italos cons.40.num.8. consi.49.
num.23.consi.50. num.19. à fortio-
ri quo ad bona spiritualia, & ad vti-
litatem animæ remissionem pecca-
torum, & cælestem gloriam capes-
sendam, debuit contrahendi facul-
tas vsu & consuetudine sic permitti
in hac ciuitate, vt prætextu caduci-
tatis dispositiones hæ irritari nulla
ratione debeant.

EX hac eadem ratione, licet du
bitabilis sit conclusio, an in præiudi
cium successorum in bonis vincula-
384 tis obligationes censualium † vali-
dæ sint,tota hęc dubitatio in Arago
gonia sublata est, cum sit recepta
propositio creditoru m censualiũ
in pluribus processibus appræhen-
sionis prætextu consuetudinis, sic
obligandi bona vinculata in hoc
Regno, cum hæc credita sint patri-
monia & redditus plurium vidua-
rum,pupillarum,& Ecclesiarum,ad
vitam, & alimenta eorum omnino
necessaria, ita vt absque eorum gra
ui & euidenti præiudicio obligatio
nes hę irritari nequeant: & con-
suetudo ex causa huius inconueniẽ
tis & publici damni introducta in
tribunalibus supremis huius Regni
pluries recepta est, etiam in præiudi
cium successoris ex vinculo, vt ex
motiuis aliquorum processuũ colli-
gi potest præsertim in processu Roge
rij Ximenez super apprehensione
anno 1568. in Regia hac Audientia
& alibi vt tradit Portol. verb. censua
lia. a num. 24. Ideo non mirum, &
in nostro casu pro salute animæ &

V ex cau-

ex causa magis pia consuetudinem hanc introductam recipi debere in præiudicium domini directi. Iuuat etiam in hoc Regno ad fundamen-
385 tum † huius consuetudinis prohemium fororum Regis primi Iacobi, quod deficiētibus foris ad naturalē æquitatem recurrendum esse vult, cui nihil magis conforme est, quam reseruari disponendi facultatē pro anima in fauorem Ecclesiarum, aut Regionum. Prodest etiam ad huiusmodi consuetudinis introductionē sub verbis prohibitionis contineri &
386 † infanciones, & nobiles vti priuilegiatos plurimum & immunes, vt aduertit Vital. in titulo de nō alienādis possessionibus sub certa parte, vel tributo, &c. col. 2. cōpræhenduntur etiam expresse Mauri, Iudei & leprosi, & tamen quoad nullos horum seruari prohibitionem verissimum est, sic autem derogata in parte huiusmodi prohibitionē facilior fuit.

SEPTIMA ratio, si consuetudinem hanc, non vt derogatoriam clausulę tributationis, sed vt interpretatiuam clausulę dubię eius consideremus; minoris dubij † est in præ
387 senti. Nam etiam in casu, quo præscriptio prohibetur, admititur ea quæ ad interpretatiōnē tendit, tunc enim nō immediate agitur ex cōsuetudine, sed ex dispositione ab vsu declarata, vt tradit Anton. de Butr. in cap. cum delictus. col. 7. versic. Aut ex præscriptione. de consuetud. vbi Immol. numer. 21. Socin. consi. 145. numer. 2. & 3. vol. 1. Beroi. consi. 82. a numer. 9. vol. 3. Decian. consi. 51. num. 60. vol. 2. dixi in responso de Vallouar à nume. 285. Si autem hęc vbique procedunt, multo magis in emphyteusi, quę magis restringitur à consuetudine, quam alij contractus, vt quoad alias personas & loca derogatio, & correctio superius dixi, ex l. fin. verb. veteri. C. de iure emphyt. & ex Symone de Pret. & alijs. Ideo licet non attēderetur hæc consuetudo ad derogationē, ita vt si prohiberet cōtractus emphyteosis alienationes in certas personas, in eas correcta omnino clausula liceliceret disponere, saltim ad interpretationem verborum tributationis, absque aliquo dubio admitti debet. Cum autem dixerimus in verbis huius clausulę prohibitiuis, non compræhendi Ecclesias nec Religiones, id saltim ita esse probatur ex cōsuetududine, cōstito etiā intercedentibus alijs tributationibus, vbi similes clausulæ inseruntur, Religionibus & Ecclesijs bona relinqui, easque succedere, indeque fieri, saltim nō videri ea loca in similibus clausulis contenta esse, licet aliud de iure Doctoribus videretur. Vt autem verior declaratio fiat comprehensorum in
388 contractu, † certissima est obseruantia subsequuta, vt non videantur cōpræhendi hę personę, in quibus obseruatus non est contractus ex relatis supra num. 60.

389 Etiam si verba † huiusmodi declarationem non paterentur, vt ex l. si de interpretatione. de legib. vt casum multum notabilem hoc deducit Socin. consi. 66. num. 11. versi. Ex quibus sequentibus lib. 3. tradit Ioseph. Ludouic. tit. de consuetud. incōmunibus illatione. 41. Raud. cons. 50. num. 11. lib. 1. & in terminis tradit Cannec. in Extrauag. volentes. versi. Sed opere preciū erit. n. 25. fol. 186. dicens prohibitionem hanc disponendi in personas Ecclesiasticas limitan-

mitandā esse ad personas iuxta consuetudines feudorum,quāto† magis vbi verba declarationem hanc non solum admittunt, sed contrariam omnino respuere videntur ex superius dictis, cum intelligenda videatur prohibitio, non in quibuslibet potentioribus & priuilegiatis, sed in his tantum á quibus tuto & pacifice verisimiliter exigi pensiones non possunt.

NON obstant aliqua, quæ ex aduerso contra hanc consuetudiné referuntur. in primis ex testibus nostris non constare alienationes has fuisse de bonis,in quorum tributatio ne aderat hæc expressa prohibitio alienandi. Respondeo enim primo, probata á nobis consuetudine hac, hij qui asseuerant in ea nō compręhendi
391 † casum nostrum, tenentur probare,cum eandem versari rationem ex supra dictis colligatur;ita vt non per viam extensionis, sed compræhensionis hi omnes casus contineantur,maxime cum sit fauorabilis hęc consuetudo, & tollat exorbitantiam, & odium pœnæ, vt in his terminis tradit Bursat.consi.40.à numer.10.Hinc est, vt negantem consuetudinem hanc comprædhendere emphyteusim, vbi pactum adest expresse prohibitiuum, teneri probare, vti exceptionem consuetudinis,vt ex Dec.consi.534.nu.9. in nostris terminis tradit idem Bursat. consi.50.num.38.

SECVNDO respondeo clausulam hanc semper adijci solitam in huiusmodi tributationibus, ideo
392 præsumendū est † adiectā, nisi probetur contrarium l.quod si nolit. §. qui assidua.de edil.edict.l.vel vniuersorum.de pigno.acti.Io.And. ad Specul.tit.de pręsumptio.§.species. numer.5.Luc.de pen.in l.3. pręsum. 157.C.de apo.pub.lib.10.Bar.in l.1. sol.matri.in fi.Meno. cons.37.num. 30.& lib.3.pręsum.43.per tot.Et ex nostris testibus plures de huiusmodi consuetudine vniformi adijciendi hanc clausulam testantur,vnde in terminis dicti vsus & stili consuetudinem hanc introductam esse præsumi debet.

Tertio in indiuiduo aliqui ex tebus visis tributationibus,vbi aderāt huiusmodi clausulæ, afirmāt adhuc translata fuisse bona in Ecclesias, & cū plures ex † eis sint periti, quia no
393 tarij, necessarium non est in eorum depositionibus particulares actus quoad probandam consuetudinem adijcere Bar. in l. de quibus.nu. 23. de legi.Roch.de consuet.num. 612. & alij vt per Decia. consi.51.nu.80. lib.2.

SECVNDO non obstat potuisse fieri huiusmodi alienationes cum cōsensu tacito domini directi, & potius ex humanitate, & iure familiaritatis,ideo ad consuetudinem inducendam in alijs casibus nullius esse momenti.

RESPONDEO primo plures actus nō præsumi † iure famili-
394 aritatis inductos,etiā in his,in quibus cadere potest præsumptio huius iuris ex Bar.in l.1.§.hoc interdicto.de itin.actuq; priua.Ab.in c.cum Ecclesia Sutrina nu.23.Rip.n.55.de caus. pos.dixi in alleg.Diuę Mariæ del Pilar n.507.presertim cū nec pręsumatur de iure interuenisse consensus †
395 domini in huiusmodi alienationibus

cum sit facti Corbul.de caus.priuat. ob alienat.q.4.per tot.fol.320.

SECVNDO respondeo, etsi aliqui casus ex iure familiaritatis processissent, non ex eo tollitur aut
396 interrumpitur † consuetudinis vis fundata in alijs actibus, in quibus præsumenda non est huiusmodi licentia aut domini consensus, vt in terminis tradit Socin.consi.61.nu.4. vol.3.& Socin.Iun.consi.65. nu. 42. vol.1.

NON obstat tertio, consuetudinem hanc in contradictorio iudicio obtentam non fuisse, non enim id
397 requiritur † ex opinione Bart.in l. de quibus.nu.13.de legibus Molin. lib.2.de primog.c.6.num.27.etiam si expresse sit contra legem, & dicit communem Crauet. de antiquit. tempo.part.4.num.33.Ioseph. Ludouic.decis.Perusina.62.numer.23. Rimin.Sen.consi.19.num.23. dicens esse communem opinionem Canonistarum, & Legistarum. prosequitur Riminal.Iun.consi.462.num.28. 29.& 30.Et in terminis ad euitandã caducitatem consuetudinem alienãdi prodesse, etiam si non sit obtenta in contradictorio iudicio, tradit optime Socin.consi.97.num.3.lib.1.dicens solum huiusmodi fundamentũ esse clarissimũ & sufficere ad victoriã, cũ opinio cõtraria ab omnibus reprobetur. Tradit etiam in eisdem terminis nostris Bursat.consi.49.numer.65.& in d.consi.50.num.27.& consi.295.numer. 17. & huiusmodi
398 alienationes † sufficere ad introducẽdam hanc consuetudinẽ tradit Neuiçan.consi.9.num.29.& 31. Soc. Iun.consi.92.numer.14.& 16. lib.4. Paris.consi.13.num.33.lib.1.Albert. Brun.consi.137. col.2. vers.Nam in ipso loco.Purpur.consi.367. nu. 81. versic. Ex abundanti. Anchar. Iun. q.55.n.7.& 8.lib.3. Sola in d. tom.1. tit.de feud.decret. quia in plerisque glo. vnica p.2. in fin.fol.23.Surd. decis.265.num.60.Ioan. Bapt. Surd. in d.tit.de feud.c.vlt.nu.fin.optime idẽ Surd.in d.consi.50.à num.37.& magis in terminis consuetudinem hanc alienandi in clericos comprobari ex alienationibus in eos factis tradit Menoch. in addit. dicti casus.231. num.72.

SECVNDO Respondeo, quod si aliqui actus ad eorũ derogationẽ requiruntur consuetudinẽ fuisse obtẽtã in contradictorio iudicio, id
399 procedit † in actibus iudicialibus, vt diximus in parte præcedenti, agẽtes de Constitutio. Synod. at prohibitio hęc alienandi nihil habet iudiciale, sunt enim huiusmodi alienationes omnino extraiudiciales, nec dependent nisi a voluntate emphyteotæ Notarij de testamento & contractu rogati, nec iudicis aliquis actus requiritur, vnde ad derogationem huiusmodi prohibitionis necessaria non est iudicialis auctoritas, nec eius sententia.

HINCQVE satisfieri potest alteri obiectioni dependenti ab ista, quatenus deducitur saltim contra-
400 dictionem † extraiudicialem necessariam esse ex Crauet. consi. 55. numer. 6. id enim asserit ex opinione eorum, qui contendunt necessariam esse contradictionem iudicialem illius contra quem introducitur consuetudo sicuti enim istud dictum non est veruum attenta opinione contraria, ita nec illatio de con-

de contradictione extraiudiciali, nihil enim horum requiritur, sed alienationes esse factas, & Ecclesias posse disse sufficit, ad ipsius consuetudinis robur, sicuti & in alijs casibus, vbi superius diximus caducitatem consuetudine tolli, non enim aliud exposcitur, quam alienationes esse factas absq; impugnatione aliqua directi domini, nec esse solutas pensiones.

NON obstat potius contrariam consuetudinem probari, cum ex aliquibus testibus constet, aliquando ex causa huiusmodi alienationis in Ecclesiam, scilicet, in Monasterium D. Augustini Villæ de Epila constet a Capitulo Sedis comissatum fuisse, *el Soto de los Aldoueras.* Respondeo enim ex ipsiusmet Patris Hieronymi Aldouera depositione, ex cuius facto translata fuerant ea bona in Ecclesiã resultat, non ex eo commis-
401 sum ✝ factum, sed quia Procurator Monasterij D. Augustini. *Se descuydo de pagar el treudo, que se hazia a dicha Seo.* Imo & deponit, *que el dicho Monasterio despues que el deposante se lo dexo, lo posseyo por tres años,* sicq; patet comissum hoc ex deffectu pensionis processisse, non ex causa alienationis, vt autem aliqua ratione interrumptionẽ cõsuetudinis induceret, opoitebat ex sola hac causa alienationis factæ comissum fuisse subsequutum.

NON obstat consuetudinem hanc non esse extendendam ad casum, in quo adest expressum pactum, ✝ quia iam in præcedentibus pluries
402 diximus, consuetudinem hanc de iure etiam comprehendere casus, vbi pena conuentionalis est, cum eadem sit ratio, & tollat malam fidem consuetudo, tam quoad pænam conuentionalem, quam respectu legalis.

SECVNDO etiam dictum est iam in præcedentibus, consuetudinẽ hanc vsu obseruatam ex testium depositione, etiam vbi ipsa pæna conuentionalis est, vel vti ordinaria adiecta præsumitur.

NEC OBSTAT per contrarium vsum derogari pacto, quale non videtur resultans ex alienationibus, non contradicente domino directo. Respondeo enim in clausula simpliciter prohiberi alienationem in potentiorem, vnde aut alienando emphyteota contradicit pacto, aut non. Si non contradicit, sed alienantur bona in casu diuerso a prohibitione, comisum non procedit, quia diuersum quid a conuentis disponens emphyteota in pænam incidere non potest, non enim dicitur contrauenire, nisi contrario modo disponendo quam adiecto in tributatione. Si autem huiusmodi alienationibus in Ecclesiam contrauenitur pacto prohibitiuo, adsunt actus ✝ contrarij pa-
403 cto, & sic per consuetudinem contrariam derogatur pacto pænali. Nec alicuius momenti est, non constare de contradictione domini, vt actus contrarius non dicatur, quia hic consensus ✝ non efficit actum non esse
404 contrarium, sed non fuisse punibilem, vti factum ex voluntate eius cuius præiudicium versabatur. Ergo vbi de hoc consensu non constat, sed de alienatione in Ecclesiam, actus contrarius adesse dicitur. Vt autem deroget consuetudo sufficit habere ✝
405 actus implicite contrarios, vt si legi deferenti, æqualiter successionem omnibus filijs l. maximum vitium.

C.de lib.preter.deroget consuetudini vni, tantum filio & maiori illam deferenti, & legi permittenti edificare vsq; ad celum l.altius.C. de ser ui. & aqu. derogetur con suetudine non permittente tollere edificium nisi vsq; ad certam altitudinem l. 1. C.de ædifi.priua. hæc & similia sufficiunt vt consuetudo derogatoria sit Bar.in l.de quibus.q. 4.num.21.de legi. Roch. de consuet. num. 363. 579. Felin.in c.1.de treug & pace nu. 10. Rim.Iun.in prin.inst. de testam. numer.147.Rauden.de Analog.c.31. a num.166.Ita ergo in hoc casu si prohibitum est in Ecclesias alienare, cõtrarius actus erit in illas disponere. Nec amplius in hoc inmorandum est, cum Doctores afferant per alienationes sic contrarios actus fieri prohibitioni generali huiusmodi bonorum, vt nihil amplius requiratur, ad probandam consuetudinem derogatoriam huiusmodi prohibitionis, vt ex Burs. & alijs superius diximus. Ita enim & a fortiori idem erit dicendum in prohibitione hac particulari quoad certas personas & loca, vbi in eas disponitur.

QVARTO principali fundamento defenditur Collegium Societatis a caducitate hac, ex Bul-
405 lis † Summorum Pontificũ scilicet Leonis. 10. concedentis Archiconfraternitati Charitatis de Vrbe inter alia, *vt quæcumq; bona, etiam feudalia, ac emphyteutica, etiam Ecclesiastica, eidem confraternitati, tam inter viuos quam mortis causa, seu testamento, vel codicillo dari, concedi, & relinqui libere possint.* Hinc patet illam Archiconfratriam fieri omnino capacem bonorum emphyteusis ita, vt contra eam allegari nequeat iuris inhabilitas, nec ea quæ a Doctoribus in hac materia considerari solet. Quatenus autem Summus Pontifex sic disponit etiam in derogationem iuris communis, & possit etiam in præiuditium iu-
407 ris † partium, omni dubio caret, cum hæc omnia referantur ad bona Ecclesiastica, quorum ille dominus absolutus est gloss. 3. in fin. in c.si gratiose, de rescript. in. 6. Abb. & Anton. de Butr. in c. constitutus. col. 2. de Religio. domi. Felin. & Deci. in. c. quæ in Ecclesiarum. numer. 32. de constit. & alij, dispensationem autem huiusmodi, & capacitatem ad aliquas alias Religiones extenderunt Summi Pontifices, præsertim ad Mendicantes: cumq; inter eas numerasset Pius. V. Summus Pontifex Religionem hanc Societatis Iesu, tandem Gregorius. XIII. magnus huius Religionis protector, idem disposuit,
408 communicatis † etiam illi omnibus priuilegijs competentibus alijs Mendicantibus. sicque habilem reddidit huiusmodi Religionem ad acquirenda hæc bona emphyteutica, vt punctim animaduertit Emanuel Rodriguez in quæstionib.regularib.tom.1.quæst.38. art. 1. & 2. & art.3.in prin. Qui autem scire desiderat qualiter hæc Religio ex causa communicationis acquisierit omnia priuilegia concessa alijs Religionibus, videat Horat. Mandos.de priuileg. adinstar per totum vbi in discursu nihil aliud disputat, & concludit quam huiusmodi communicationem, vt strenuus Patronus & athleta Societatis Iesu.

OBIICI-

OBIICITVR tamē contra huiusmodi propugnaculum, in eo licet derogetur incapacitati iuris, non tamen resultanti ex pacto † expresso & conuentionali,
409 quibus nisi expresse non præsumitur Summus Pontifex derogare voluisse. Bald. consil. 426. numer. 3. lib. 4. consil. 465. numer. 5. lib. 5. & in terminis feudorum videtur tenere Socarratis ad Consuetud. Cathalon. c. Item si quando. numer. 12. Peguera de feud. versic. 4. numer. 53.

RESPONDEO enim primo Doctores non extendentes dispensationem ad pacta intelligi
410 in iure quæsito ex eis, hic autem de iure quæsito † non agimus, nec clausula hæc prohibitiua aliud potest operari, quam ex caducitate, & vti ex pœna domino directo ius adquirere per viam consolidationis: illud autem ius, & si pactionatum a tota radice & origine odiosum est, vt superius diximus ex Bald. in l. 1. numer. 7. C. de fruct. & litis expens. & adhuc licet conuentionale sit, in eo agit dominus directus de lucro captando, non de damno vitando, vt probant, vltra superius relati numer. 183. Bonnicas. de priuileg. paupert. quæst. 8. speciali. 9. a numer. 15. Vnde licet tolleretur ius hoc, non auferret ius sed lucrum, ideo prætextu asserti iuris quæsiti præiudicium prætendi non potest non esse comprehensum, cum expresse huiusmodi Bul-
411 lis non ius † quæsitum, sed quærendum tollatur, vt in simili in dispensatione Pontificis illegitimi ad succedendum in his bonis tradit Alex. consil. 2. col. penult. lib. 1. Deci. cons. 269. numer. 8. cum seq. Crauet. consil. 135. col. 3. Gabr. consil. 30. numer. 5. & 7. lib. 1. Caldas de nominat. quæst. 2. numer. 36. & in Bulla Summi Pont. Bonifacij ad Ferrarienses tradit Rimin. Iun. cons. 165. numer. 6.

SECVNDO respondeo, prout in secunda parte diximus, ius hoc domini directi ratione caducitatis proueniens, sicuti potest tolli a Procuratore † indirecte re-
412 cipiendo pensionem, multo magis a Summo Pontifice dispensando cum Religiosis, vt hæc bona habere possint. Sicuti enim ex inhabi-
413 litate resultat ius, sublata † ea tollitur illud, etiam si ex pacto expresso tributationis competeret, vt in eisdem terminis tradit Isern. in cap. 1. de Vassallo decrepitæ ætatis. in additione numer. præsupponendo in inuestituris feudalibus contineri, in casu quo aliquis sit bannitus, non ad fiscum, sed ad filios, aut fratres banniti bona perueniant, vt ex Bart. in l. vt ius iurandi. §. fin. de oper. liberto. tradit Clar. in §. emphyteusis quæst. 29. Hoc præsupposito dicit Andr. de Isern. quod si bannitus a Principe restituatur, sic reuertuntur ad eum bona, ac si ex pacto non fuissent translata in eius filios ac consanguineos, quia translatio † huiusmodi processit ex cau-
414 sa banni, quod sublatum est a Principe, etiam si ius acquisitum esset ex causa eius per conuentionem, sequitur Fortun. Garcia. in l. Gallus §. & quid si tantum. num. 234. Galiaula numer. 72. & sic de similibus casibus, casibus quos pulchre congerit Sforcia de restitut. in integ.

p.2 q.99.a num.79.vbi licet num.85. ex B.lame.Decis. 743. † col. penult.
415 vers.Quarto ex eadem. asserat hoc non procedere, vbi ex banno acquiritur incontenti ius ipsi domino, procedit in casu, quo post hanc consolidationẽ superuenit restitutio Principis, & in his terminis procedunt ea quæ diximus: a fortiori enim in hoc casu, vbi antequam veniat casus consolidationis ex Summorũ Pont. Bullis hæc Religio sic capax effecta est, vt Cæsaraugustana Sedes non de alio iure, quam de quærendo agere possiut, a fortiori enim procedit quod diximus, dispensationem Pontificiam procedere in præiudicium pacti & conuentionis, vti accesorij ex incapacitate legali & ex ea causa.

IDEM magis ad propositum dixit Casane.in rubr. 3. de feud. § 5. verb. les Religieux num. 16. fol. 115. vbi ex Abba. in. c. cum inunctis. 1. col. 4. de electio. firmat, quod vbi dispensatio Ecclesiastici ad bona feudalia fit motu proprio Principis, † extenditur ad actus consequutiuos
416 ipsius dispensationis, huiusmodi autem priuilegia Religionibus motu proprio fuisse concessa exprimit ipse met Papa Leo decimus dicens. *Motu proprio non ad Iulij Cardinalis vel aliorũ instantiam &c.* Hæc autem, quæ continentur in pacto, † ex eo consequuti
417 ua dicuntur ad prohibitionem legalem, quia conformant illi, quo casu dispensatio in vno iure, scilicet communi, extenditur ad particulare, vt in terminis statuti iuri communi cõformis tradit Monach.in.c.1.a num. 3.de filijs præsbitero.in.6.vbi alij, dicente tunc dispensantem in iure communi præsumi dispensare in particulari tanquam dependente ab ea radice, hæc enim conformitas pacti & legis efficit, vt & ipsa dispositio ho
418 minis † vti consequutiua legis potius dicatur dispositio legalis.l.si in testamẽto.§de vulg.Alci.in l.4.†.Cato.n. 104. de verbo. oblig. Barbosa. in l.1. p.6. num. 36. solut. matrim. Menoc. cons.459.num.20.

ET in nostris terminis eleganter hæc omnia confirmat Belluga.rubr. 14.§.veniamus.a num. 39. vbi circa manum mortuam loquens, in terminis fori Valentiæ prohibentis acquirere Ecclesiam, & concedentis successionem bonorum agnatis, dubitat qualiter eorum ius tolli possit per
419 habilitationem † Monasterij factam a Principe, & respondit num. 42. cognatis nondum fuise ius qæsitum, *vnde Princeps reintegrando & habilitando Monasterium ante aditionem, & iam fortius, si ante mortem testatoris Monasterium succedit, neque tunc infringitur lex, quæ in contractum transiuit, sed vel illa non obstet, fit per Principem habilitatio: quæ facillime, cum huiusmodi dispositiones sint aliquantulum exorbitantes, & vt non habentes iustitiam naturalem*, ecce ergo dispositionem fori, qui & si in contractum transiuerit, adhuc habilitatio fit ita, vt nullatenus illis obstet, ergo multo magis fiet quo ad contractum non generalem totius Regni, qualis erat ille forus, sed particularem quarumdam personarum.

TERTIO respondeo ea pacta intelligi durante inhabilitate Ecclesiarum, aut bonorum, cum autem
420 ex prædictis bullis † quo ad Ecclesias seu Monasteria mẽdicantia, summus Pont. reddiderit ea libera & vi

patii

patrimonialia hinc. est, vt nulla ratione obstet præiudicium, quod prætendere poterat dominus directus, vt in terminis huiusmodi Bullarum tradit Ancharr. consil. 170. col. 3. & cons. 428. col. pænult. & seq. dub. 3. Aretin. cons. 53. 1. dub. & 2. dub. 3. col. & alij, vt latissime & omnino videndus tradit Marcabrun. cons. 26. a numer. 249.

QVINTO principaliter fouet Collegium nostrum Constitutio Sy-
421 nodalis † de qua superius, in fine partis precedentis, vbi illius dicta etiam comprehændere Caducitatem ex causa alienationis diximus, nec obstare ibidem non cumprehendi Ecclesias vt incapaces, cum Religionem hanc Societatis omnino habilem esse ad succedendum in his bonis ex dictis pateat.

SVPEREST alia prætensa caducitas, ex quadam asserta diuisione
422 † quæ ex aduerso dicitur facta a Domna Marchesia Iacobo Garsesio hæreditate ab ipso eligenda, compræhensa tamen in hac Villa Marecę seu districtu eius. Primo enim respondeo, cum ex dictis in prima parte dubium sit & incertum, quæ bona huius districtus sint tributaria, non apparet an ex huiusmodi legato resultet diuisio bonorum emphyteuticorum. Secundo ex verbis legati constat in electione Iacobi Garces remansisse, qualis futurus esset hic fundus, cum autem non constet in toto processu de aliqua electione ab eo facta, imo potius contrarium, is enim dat propositionem vt creditor in hoc processu, quoad partem districtus, cum eo titulo non comparitur dominium alicuius partis sibi hypotecatæ. Non ergo constito de electione, remansit dispositio in solis terminis † verbi,
424 absq; aliquo effectu aut traditione, quo casu caducitas prætendi nulla ratione potest Specul. in tit. de Iur. emphyt. numer. 118. cuius opinionem communiter Doctores & vniuersi prope cohors scribentium sequuntur ex Iul. Clar. in. §. emphyteusis. q. 13. n. 3. Craue. consil. 366. numer. 16. consil. 873. numer. 14. Corbul. de caus. priua. ob alien. limi. 38. & alij plures.

QVARTA PARS.


423 IN quarta parte superest vt de prætensis iuribus † Don Mathiæ de Moncayo agamus, qui defendit dispositionem hanc nullam esse ex deffectu solemnitatum, & solum ex scriptura priuata non authentica, nec

vllius fidei Collegio Societat. IESV dominium in his bonis deducere, ideo dispositione D.Marchesiæ de Moncayo,&D.Franciscæ eius filiæ sublatis de medio, ius succedendi ab intestato eijsdem de bonis apprehensis competere, vti proximiore earum consanguineo.

QVIA tamen minor istius causæ difficultas est, quæ versatur circa assertam nullitatem huius dispositionis, breuiter de illa agendũ est, præsupponendo in casu quo mater & filia absque filiis, & descendentibus morerentur, ita quod deficerent personæ, quibus bona, aut legitimam relinquere tenebantur, piè sanè earundem animabus prospicientes disponunt, *que todo el heredamiento, que esta en la Villa de Epila, &c. venga, y sea en y para el Padre Rector, y Collegio de la Compañia de IESVS desta presente Ciudad de Çaragoça, para que se funde dicho Collegio, dandonos a mi, y a mi hija nombres y sufragios de fundadores, &c.* Hoc autem disposuerunt in quadam scriptura seu plica, relicta penes Rectorem Collegij Societate IESV, & in eius Archiuio. Quã vim testamenti
425 tiinomnibus habere ipsamet D.Marchesia voluit in suo testamento. 17. Februarij, anno. 1601. dicens. *Item quiero ordeno y mando, que en caso que la dicha D.Francisca Cornel mi hija muriere sin hijos, y descendientes, &c. se abra vna plica de papel sellada y firmada de mi mano, y de la dicha D.Francisca Cornel mi hija, la qual esta en poder del Padre Rector, o en el Archiuo del dicho Collegio de la Compañia de IESVS de la presente Ciudad de Caragoça. Y quiero y mando se haga lo que en ella ordeno y digo. Y quiero que tenga la misma fuerça que tuuiera, si estuuiera inserto y escrito en el presente mi vltimo testamento, lo contenido y escripto dentro de la dicha plica* Quæ testatrix non contenta huiusmodi te-
426 stamentaria plicæ approbatione, in Ciuitate Cæsaraugustæ facta dicto die. 17. Februarij, postea in loco de Cetina, vbi Patres Societatis IESVS non aderant, & si ex mera ac libera voluntate non processisset huiusmodi dispositio, poterat eam liberè, & absolutè reuocare. transactis pluribus, mẽsibus, & tẽpore quo sic de salute desperabatur, vt nec ad codicillandum illi tunc vires suppeterent, medio procuræ cuiusdam, seu mandati 21. Septembris eiusdem anni, cõmisit facultatem codicillandi Don Iosepho de Palafox, & multum timoratæ conscientiæ, & nobili viro dicens. *Para que por mi, y en nombre mio pueda por via de Codicillo y vltima voluntad vel aliàs, disponer y ordenar de mis bienes y hazienda, &c. por mi anima &c. segũ lo q̃ cõ el tengo comunicado.* (Hic iam Religiosi Societate Iesu nõ erãt consiliarij, sed nobilis D.Iosephus de Palafox, moribus tamen & vita etiam Religiosus) *acerca del testamento, que entre D.Francisca Cornel mi hija y yo jũtamente o departida tenemos hecho, cerrado, &c. para que lo que toca a la herencia vniuersal de los dichos mis bienes, se haga y cumpla lo contenido en el dicho testamento, en la forma y manera, que por el parecera y lo que està, y se contiene en vna cedula, que la dicha D. Francisca, y yo tenemos dada, cerrada, y cosida, y sellada y de nuestras manos y nombres firmada, en poder delos Padres Religiosos dela Compañia del nõbre de IESVS dela Ciudad de Çaragoça.* In cuius mandati vim eodem die Procurator D.Iosephus disponens, expressè, & absolutè se refert ad dispositionẽ dictæ plicæ, & illam confirmat dicens inter alia. *Quiero ordeno, y mando, que se cumpla todo, y las cosas contenidas en los dichos testamento, o testa-*

testamentos de las dichas señoras D. Marquesa de Moncayo, y D. Francisca Cornel, de parte de arriba calendados, y de todo aquello que esta contenido en vn cedula, que me ha costado por relacion a mi hecha por la misma señora D. Marquesa de Moncayo, firmada de las manos y nombres de las dichas señoras D. Marquesa de Moncayo, y D. Francisca Cornel, la qual cerrada, y sellada, dieron y libraron en poder de los Padres de la Compañia del sancto nombre Iesus de la Ciudad de Caragoça, o del otro dellos, queriendo, que lo contenido en ella se cumpla con los pactos y condiciones &c. Sed quia animus illius deuotæ, ac Religiosæ Matronæ, etiã in extremis agentis, non patiebatur adhuc in ea occasione sua propria dispositione, iterum non significare firmam & stabilem illius sanctam intentionem circa effectum, & robur huius scripturæ: die sequenti, scilicet vigesimo secnudo eiusdem mensis Septembris, & anni 1601. in codicillo quodam iterum plura circa robur eius, & effectũ animaduertit, priori loco, (vti magis principaliter ex hac causa codicillante) dicens. *La qual y todo lo en ella contenido, quiero aqui auer, y he por inserto y repetido, como si de palabra a palabra, desde la primera linea hasta la vltima, lo fuesse deuidamente, y segun fuero del presente Reyno, se cumpla de la forma y manera que en aquel y aquella se contiene.* In hiis ergo instrumẽtis, ac dispositionibus cum expresse dixerit schedulam esse seruandam, vti partẽ testamenti, & codicillorum, nihil de illius fide, solemnitatibus, & authoritate dubitandum videtur: ex sequentibus tamen constabit, nihil eidem obiici posse, quod alicuius sit momenti.

PRIMO nouum non est dispositiones vltimas caute & secreto fieri, & disponentes maxime niti in securiori ac tutiori loco eas reponere, ita vt aliquando nullum alium locum † eligant, quam Ecclesiam, Mona-
427 sterium, aut religionem aliquam vbi quælibet prætiosiora, & magnę ęstimationis recõdi solẽt, idq; ab antiquis tẽporibus, Romanorum iã in vsu erat hij enim licet gentiles, in ædibus, quas vocabãt sacras, quæ potius erãt Idolorum ac dæmonum receptaculum, adhuc autẽ quia penes eos illæ sacræ ędes dicebantur, ibidem, vt in
428 tutiori loco pecunias † deponebãt. l. si reus. in fin. de procurat. l. ait prætor. de minori. & aliis. Cic. ad Attic. lib. 5. epist. vltim. & in lib. 2. de legib. tradit optimè Brison. de solutio. lib. 2 tit. de obsignat. fol. 411. Et postea apud
429 Christianos † põdera ac mẽsurę, qui a in Republica tantæ vtilitatis & publici commodi sunt, ad iustitiam cõmerciorum, & contractuum, illa in quam quæ futura erant norma & regula aliorum ponderum, ac mensurarum, penes ecclesias recõdita seruabãtur. §. vlt. in auth. de Colatori. & animaduertit P. Mariana. c. vlt. in tractat. de ponderibus, & mẽsuris. Hinc
430 etiam in his ædibus † sacris ipsimet gentiles testamenta sua deponere soliti erãt. l. cæteræ. §. vlt. famil. hærcis. iuncta ibi glo. in verb. ædem, quam interpretatur sacram, idq; forsan ex eo quòd in legibus, vbi additur in singulari hoc verbum, intelligitur in sacris iuxta opinionẽ Lautẽ. vallę: quã uis id non semper verum esse comprobet. Alciat. lib. 6. Peregon. c. 10. Idem etiam, quod testamenta seruarentur pœnes ædes sacras probat. l. locum. §. 1. de tabul. exhiben. etiam vt consanguinei, imo nec filij dispositionem scirent, vt probat optime l. cum pater. §. donationis. de legat. 2.

ibi.*donationis prædiorum Epistolam ignorante filio, mater in æde sacra deposuit.*
431 Ideo & Imperatores † similiter sua testamenta penes ædes sacras seruari voluerunt, nam Iulius Cæssar tradidit suum virgini cuidam Vestali ex Sueto. Tranquil. in eius vita. c. 83. vbi Leuin. Torrent, idem ex Plutarc. de testamẽto Marci Antonij. asseuerat, seruauitq; eundem morem Octauius Imp. Iulij. Cæssaris successor Virginibus Vestalibus suum testamentum custodiendum concedens, vt dicit idẽ Sueton. in eius vita c. 101. Idq; comprobant idem Brison. de formu. li. 7. pag 653. Chopin. lib. 3. de legib. Andegauen. tit. 4. nu. 6. & lib. 2. de morib. Parisien. tit. 4. num. 19. & lib. 1. Monasticon. tit. 3. num. 21. dicens, Dagobertum primum Regem Fran-
432 ciæ † deposuisse etiam sui testamenti exemplaria in Pontificalibus Basilicis Lutetiæ, ac Lugduni. Sicq; pro maioratus † conseruatione, ac
433 perpetuitate instrumenti eius suadet Mol. de primogen. in annotatio. ad lib. 2. in fin. addendam esse hanc clausulam, quam dicit ad plurima vtilem *que deste mi maioraz go se saquen dos traslados authorizados escritos en pergamino, y que el vno dellos se ponga en el archiuo de tal monasterio, cerrados con dos llaues, la vna de las quales tenga el poseedor de mi maioraz go, y la otra el Prior o guardian &c.* Quid erit in testamentis vbi magis perpetua & nobiliora vincula continentur. Si ergo penes Gentiles, & idolatriæ omnino deditos, suis ædibus sacris testamenta comitebant nulla ratione Christianus aliquis mirari debet, cur relictis Notarijs, & Tabellionibus publicis, hęc nobilis testatrix penes Ecclesiam & Religionem hanc dispositionem suam & voluntatem deposuerit.

SECVNDO illam comisit non cuilibet loco ipsius Collegij Societ. sed Archiuo eius, aut Recto-
434 ri. Archiuum † autem, quod est fidele & tutum armarium Scripturarum ipsiusmet sacræ domus, indignum videtur pręsumere non esse fidelissimam custodiam instrumentorum eius qui bona fide & sincero animo suam voluntatem ibidem consignauit. Si enim Angelus contra Iacob. de Bellouisso. validam esse dispositionem afirmat, vbi quis instituit eũ, quem reliquit scriptum in cedula,
435 quam deposuerat in † sacristia Fratrum Minorum, & ante eum tenuit Bald. in. l. captatoria. num. 10. C. de testam. milit. a fortiori validum erit legatum relictum illi, quem nominat quis in cedula relicta in Archiuo cuiusdam Religionis.

AVT consideratur non locus, sed persona cui relinquitur, vel pænes quem deponitur scriptura, scilicet Rector Colegij, & tunc propter qualitatem huiusmodi personæ, & dignitatis eius, quælibet sinistra suspicio tolletur. Sacerdotibus enim non solum hodie, sed & antiquitus id concedebatur, vt voluntatum defuncti
436 executores † essent, penes eos enim intra sex menses testamenta publicari debebant ex Gotorum nostris antiquis legibus. lib. 2. c. 14. vt refert Chopin. in d. lib. 1. Monasticon. tit. 3. num. 21c. Si enim standum est assertioni Sacerdotum, præsertim in hac materia, porpter eorum qualitatem, vt dicen-
437 tisibi aliquid fuisse † comissum a testatore credendum sit, vt in terminis tradit Beroi. q. 12. num. 7. vbi ex eo, quod reperiebatur penes Sacerdotem litera cambij, quam sibi a muliere traditam dicebat, pro exon eratione

ne suæ conscientiæ, illi credendum consuluit, considerata conditione, & qualitate ipsius optimi Religiosi, qui administrator bonorum mulieris non erat, neque talis, vt verisimiliter hæredes aut alij potuissent suspicari, quod ipse litteram illam cam bij furatus esset argum. c. absit. 11. q. 3. quem sequitur pulchre declarans Pechi. lib. 1. c. 21. num. 3. dicens aliquando dubitatum in grauiori casu, an esset credendum Sacerdoti dicēti pecuniam secreto alicui restituendam sibi a deffuncto datam esse, sequitur etiam Chopin. in d. lib. 2. de morib. Paris. tit. 4. numer. 19. & in singulari casu idem Chopin. d. lib. 3. consuetud. Andegauen. tit. 4. num. 5. vbi cum testator iusisset bina millia deponi penes Vicarium cuiusdam Parrochiæ Parisijs, vt illud erogaret quibus ei secreto mandarat, eos autem agnatus deffuncti hæres deponere recussabat penes illum Sacerdotem, dicens in fraudem legis fuisse accomodatam fidem ab ipso parocho: senatum tamen Parisiensem demum iusisse illi tradere quantitatem, pro voto & mandato testatoris, sacerdotis religione motus.

ITA ergo non mirum, & in nostro casu ex Religione Rectoris huius Collegij minime dubitandum, plicam penes eum depositam esse eam, de qua disposuit Domna Marchesia, esseq; voluntatis eius irrefragabilis ac constantis adimplere cō- 440 tenta in ipsa scriptura. Præsertim cū depositio fuerit facta non penes quē libet Sacerdotem, qui administrator bonorum mulieris non solum non erat, nec de illo timeri porerat aliquid redolens culpam, prout in suo casu Bero. vbi supra animaduertit, sed nec scintilla aut vmbra alicuius

438 malefidei, deposita plica penes Rectorē huius Collegij, † quē sēper experimur scientia moribus & Religione insignem. Quæ depositarij qualitas non parum iuuat ea quę Doctores communiter decernunt, post Bart. in l. si ita scripsero. numer. 1. de condit. & demonstrat. standum esse institutioni testatoris de eo, quem nominauit in schedula relicta penes Guardianum sancti Francisci, de qua inferius agemus, plurimum enim augetur fides & auctoritas huiusmodi scripturæ, si reponatur penes superiorem, ac primum moderatorem ipsius Monasterij.

TERTIO iuuat plurimum nō ex qualibet causa, sed pro salute

439 animæ † huiusmodi dispositionem sic fuisse ordinatam, dicitur enim in fine eius. *Lo qual suplico sea a mayor gloria del Señor, y bien de mi alma y de las almas de mis proximos.* Constat etiam ex depositione Patris Antonij Laurentij, eum vt confessarium dictarum Domnæ Marchesiæ & Domnæ Franciscæ, dispositioni huius scripturæ factę a Domna Marchesia, illis sic volentibus præsentem adfuisse, prius eidem communicata, ac tractata voluntate hac, & intentione. Confessarij autem præsentia & in actibus sic animæ vtilibus plurimum veritatem ipsius met dispositionis confirmat. Si enim ad euitandas fraudes, † & tollendas omnes earum præsumptiones in testamento, præsentia parochi solet adhiberi, vt patet ex c. cum esses. de testam. vbi Abb. in secunda lectura post Hostiens. & alios numer. 12. Speculat. de instrumen. æditio. §.

compendioſe. num. 2. Geminian. conſ.49.nu.7. Deci.conſ 284.col.3. Magdalen.de num.teſti.p.1.c.3. num. 15. & latius in 2.p.c.8. num. 1. & plu-
441 ribus ſequentibus Sacerdoti enim † ſoli propter curam animę ſtandum eſſe tradit Ferrant.Gargia conſ. 122. num.6.to.1.criminal.in fol. pluribus relatis tradit Farinac. de teſti. q. ea autem in parrocho ex eo procedunt quia confeſſarius parrochiani eſt,ſeu pręſumitur.

QVÆ qualitas in prædicto caſu Beroij.q.12.num.7.plurimum profuit,vt aſſertioni Sacerdotis ſtandum eſſet,quem ſequtus Pechi. in d.lib. 1. c.21.num. 3. ſubiun git *ſacerdoti pro bonæfamæ,& fideidigno de huiuſmodi co miſsione credi debere potiſsimum, ſi ſolet mulier peccata ſua ipſi confiteri, aut ante obitum confeſſa ſit. Si enim, (vt iam do cuimus)ex diſpoſitione teſtatoris ſimplici vnius dicto creditur,quanto magis ex diſpoſitione Dei vni ſacerdoti fides adhibenda eſt,qui in actu confeſsionis veri Dei vice fungitur.c.ſi ſacerdos de offi. ordin.c. dilectus de exceſ. Prelato.*Et ſi declarante marito vxori in teſtamēto, vel aſtātibus quibuſdā teſtibus pro anima
442 ſua aliqua eroganda comiſiſſet, in huiuſmodi erogatione fidei † eius ſtandū eſt,& ſi cauſam mandati , aut perſonam,cui reſtituit, non explicet vt aſſerit Ancharr. conſ. 435. num.1. &.2.Iaſſ. conſ.110.num. 3.libr.Pechi. in d.lib.1.c.21.num. 2. & chopin. in d.lib.2.tit.4. num. 19. de morib. Pariſio.idq; ex eo,quod diſpoſitio animæ diſponentis fauorem concernit, multo magis idem dicendum eſt vbi pro eadem anima quid comittitur, non ſęculari,ſed ſacerdoti , non cuilibet ſed religioſo,non cuilibet religioſo ſed Superiori Collegij conſulto prius ipſomet ordinario confeſſario.

ATQVE, vt ſatisfiat breuiter cuidam obiectioni, cum meminerimus depoſitionis Patris Antonij Laurentij,cur Collegium reſpondit ignorare,cuius eſſent firmę & ſubſcriptiones dictæ plicæ;ſi enim ſciebat P. Anton.Laurentius cuius eſſent,adijcitur idem etiam totum Collegium debuiſſe reſpondere . Facile enim dubium hoc tollitur ſi conſideretur id, quod indubitatum eſt. Scientiam vnius ex Religioſis non eſſe ſcientiam totius Religionis, nec eſſe poterat niſi omnibus ſcientibus , & multo minus,quando religioſus particularis id,quod ſcit, nouit vt conſultor & conſiliarius animæ,cui diſponentis illius voluntas fuerat communicata ſecreto:tunc enim veriſimilior eſt ignorantia totius Religionis,indeq; iure Collegium iuramento dicere potuiſſe ignorare prædicta, etiā ſi aliqui ex religioſis id nō ignorarēt,vt tradit Geminian.in.c. de teſti.in .6.num.28.

QVARTO ex modo diſponendi maxime tollitur dificultas ſolemnitatum huius inſtrumenti,& ſcripturæ:cum enim ſe referat in teſtamento publico teſtatrix ad diſpoſitionē factā in ſchedula relicta in Archiuo Collegij Societ.aut penes rectorem eius, velleq; vti partem teſtamenti obſeruari quæ ibi continentur, hinc
443 deducitur,ſolemnem † ita eſſe prædictā ſchedulam,ac ſi fuiſſet adiecta inter clauſulas ipſius teſtamenti,hæc eſt doctrina celebris. Et receptiſsima Bart.in l. ſi ita ſcripſero 38. numer.1. de condit. & demonſtrat. vbi dicit, *quod vbi teſtator in ſuo teſtamen-*

to

to assanerat velle quod hæres suus det illud quod scriptum est in schedula, quam reliquit apud Guardianum fratrum minorum, & Guardianus ostendit schedulam, dicit standum esse illi, constito esse schedulam testatoris, vel ex legitima cōparatione, vel ex alijs legitimis indicijs, hoc operatur relatio & voluntas testantis verbis expressa. sequitur Bald. & Angel. per tex. ibi in. l. asse toto. de hæred. institu. Immol. in. c. cum tibi. num. 22. de testam. vbi Couarr. num. 5. Paul. cons. 93. col. fin. num. 7. lib. 1. cons. 377. in prin. cons. 414. col. 2. vers. Secundo potest. lib. 2. Deci. cons. 539. num. 9. dicit communem, & ab ea non esse recedendum in practica stante communi obseruantia. Iul. Clar. in. §. testamentum. q. 4. num. 3. & q. 36. nu. 2. Gabri. tit. de testam, conc. 11. per totam. Mantica. lib. 1. de coniectur. tit. 7. num. 7. & latius lib. 4 tit. 13. num. 11. latissime Ludouic. Zunti. pro vxore. a nu. 75. Grass. in. §. testamentum. q. 16. nu. 10. & in. §. institutio. q. 19. a. num. 3. dicens esse veriorem & magis communem, & ab ea non esse in praxi recedendum. testatur Alciat. cons. 126. num. 1. lib. 9. & etiam magis communem dicit Bellon. cons. 85. num. 11. comprobat Xuarez de captato. volunta. num. 12. & seq. Mol. lib. 2 de primogen. c. 8. a num. 11. vbi nu. seq. asserit super hoc esse litem satis controuersam in quodam primogenio. Menoch. cons. 875. num. 5. Burgos de Pace in l. Tau. num. 998. & num. 1154. Magdalen. de num. testiū. p. 1. c. 27. a numer. 7. Rimin. Iun. in prin. instit. de testam. numer. 471. Symon de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 1. dubitat. 4. solut. 1. numer. 12. fol. 187. Ludouic. Lana. in formula testamento. numer. 12. & 48. & cons. 1. numer.
62. & hæc conclusio, licet ab aliquibus controuertatur, attento iure communi respectu institutionis, quæ requirit verba expressa, tamen etiam de illa dubitantes libentissime dubium non habere afirmant in lega-
445 tis † de quibus non de institutione nostra est disputatio. vt tradit Aretin. in l. hæredes palam, in prin. de testam. Iass. in l. hac consultissima. §. per nuncupationem. num. 1. & seq. c. de testam. & in l. vbi autem. §. illud. numer. 3. & seq. de verbo. obligat. & in hoc omnes doctores cum Bart. concordare dicit Socin. in. d. l. si ita scripsero, de condit. & demonstrat. num. 3.

446 QVÆ opinio de foro † etiam verissima est, licet enim requiratur instrumentum, dicitur esse instrumentalis probatio, quæ refertur ad probationem instrumentalem, vt optime in terminis testatur Valasc. q. 7. num. 15. de jur. emphyti dicen. *huiusmodi schedis aprobatis in instrumento, plena fides adhibetur in iudicijs, etiam atenta dispositione Regia Lusitaniæ, quæ requirit † instrumentalem probationem*
447 *dicens ita vidisse in praxi seruari, idq; sæpe fieri pænes Mercatores, qui in publico instrumento in exordio negociationis dicunt, quod eorum scriptis schedulis, epistolis, calculis priuatis, libro rationum stetur, & vim habeant scripturarum publicarum, tunc enim bene illam vim habebunt propterea quod in publica scriptura a Notario confecta approbatæ sunt.*

IMO & maiori cum ratione in Aragonia conclusio hæc seruanda est, si enim quotidie bona, quæ ex se mobilia sunt, immobilium naturam sortiuntur, id disponentibus

monium contrahunt, quia non est impossibile nec contra ius naturale, vt bona mobilia sortiantur quoad effectus iuris & fori naturam immobilium: multo minoris dubij erit sche-
448 dulam, † alias ex se priuatam fieri publicam, & authenticam ex voluntate partium, si fiat pars & clausula ac vti capitulum insertũ inter alia, quæ in instrumento publico continentur. Cum & sæpius videamus instrumenta, quæ a parte rei diuersa omnino sunt, sic iungi ex voluntate partium, ac si ambo vnicum tantum esset instrumentum, dicentibus ijs qui cõtrahunt, velle vt quoddã instrumentum obseruari, ita ac si esset pars alterius; prout in præsenti in tribus dispositionibus testamenti & codicillorum, ipsamet Domna Marchesia pluribus vicibus, & repetitionibus apertis verbis significauit.

QVINTO hac doctrina Bart. præsuposita, & sic in Regno nostro roborata, restabat id quod ipse videtur requirere, scilicet probatio identitatis cedulæ ab ipsa depositæ, & postea repertæ in Archiuo dicti Col-
449 legij Societ. Ea autem identitas † cõprobatur, vt diximus ex qualitate loci, & personarum, vbi depositio facta fuit, & ex auctoritate ipsiusmet confessarij, in cuius præsentia scripta, firmata, & sigillata est. Licet
450 enim manu † ipsiusmet testatricis scripta non sit, sufficit adesse signum quod de voluntate ipsius testatoris fuerit scripta Areti. in l. fideicõmissa §. quoties. de lega. 3. contra Bart. ibi dicens eius opinionem contradicere. l. fina. famil. hærciscun. & Auth. nõ obseruato. de testam. & hanc esse veritatem & de consuetudine Franciæ obseruatam in his terminis tradit Boher. Decis. 240. numer. 4.

IDENTITAS etiam probatur ex eo, quod reperiuntur in schedu- 451
la firmæ † & subscriptiones Domnæ Marchesię & D. Franciscę suis manibus factæ, vt patet cuilibet illas intuẽti. Et ad tollendum omnino dubium pluribus testibus in processu probatũ est, esse litteram earum, simul & comprobatio facta est illius litteræ, cũ alijs, quæ sine dubio sunt earundem testatricium, & esse eedem manifeste apparuit. Ex hac autem com-
452 probatione † deduci efficaciter probationem identitatis fatetur Bart. in d. l. si ita scripsero. & DD. in multitudine copiosa, qui eum sequuntur, vt enim asserit Cuman. in d. l. si ita scripsero. si testator potest mandare vt stetur dicto vnius testis, multo magis admittetur probatio eius dispositionis per cõparationem litterarũ, sequitur Alex. cons. 76. nu. 6. li. 3. quamuis per confessionẽ testatoris illa approbata non sit. Barba. cons. 58. col. fin. vers. Nec obstat. lib. 4. eleganter Alex. cons. 114. nu. 5. lib. 7. dicens cõmunẽ, & Nata in Auth. quod sine. n. 15. C. de testam. Grass. in §. institutio. q. 16. nu. 6. Decia. cons. 46. a nu. 26. vol. 2.

MAXIME cum non sola literæ idẽtitas probata sit, sed appareat eãdem esse schedulam, propter alia
453 signa † & indicia legitima, quibus Bart. & alij contenti sint. Dicit enim in testamento Domna Marchesia. *Se abra vna plica de papel sellada y firmada de mi mano y de la dicha Doña Francisca Cornel mi hija, la qual esta en poder del P. Rector, o en el Archiuo del dicho Collegio.* Omnes enim huiusmodi circunstantię in hac schedula reperiuntur, est enim plica in papyro, est etiam sigillata, & licet solum sigillum ad identitatem huiusmodi probãdã sufficeret, ex testibus

con-

constat esse sigillum, quo Domna Marchesia semper sigillare solita erat, vbi enim sigillum adest illius, cuius dubitatur an scriptura sit, tollitur dubiũ, quod sola cõparatione in totum non auferebatur ex l. si qua per calumniam. C. de Episcop. & cleric. Menoch. casu. 114. num. 21. Mascard. concl. 330. nu. 10. in fin. Cõstat etiam de firma earundem manu facta, vt iam dictum est, eamque in Archiuio dicti Collegij repertam fuisse, vt in omnibus cõforment qualitates schedulæ narratæ in testamẽto, cũ repertis in schedula hac. Alia
454 etiam adduntur in † Mandato. 21. Septembris, quæ precisse ad hanc schedulam publicatam referuntur, dicitur enim *cerrada cosida y sellada, y de nuestros nombres y manos firmada.* clausa enim reperta fuit apertionis tempore, suta etiam & firmata earundem nomine & manibus, quæ etiam multum scrupuloso & dubio circa identitatem hãc sufficere omnino debent.

SI autem addamus solemnitates adhibitas in illius † apertione
455 facta instrumento publico mediante, non furtiuè, clam, nec priuatim, sed coram testibus fidedignissimis, huius ciuitatis maiori Iurato vulgo dicto, encap, iudicibus vtriusq; consistorij supremis huius Regni, præsumi debet publicatio coram tot viris insignibus facta, nihil doli, fraudis, aut clandestinitatis continere. Et si verissimum est, quod in terminis doctrinæ Barto. in d. l. si ita scripsero. licet potuisset a Guardiano alia schedula loco suppositæ deponi, adhuc standum esse † exhibitæ
456 ab illo, ex sola causa comparationis litterarum vt assèrit Alci. in d. cons. 126. num. 2. lib. 1. quia id totum de Guardiano confidit testator, vt inquit Paul. in l. hæredes palam num. 3. de testam. & in fortiori in persona sęculari idem assèrit Rimin. sen. con. 254. num. 9. Non mirum quod idem etiam de Rectore Collegij Societ. imo & de toto ipso Collegio, & de Religiosis eius etiam præsumi debuerit, non aliam schedulam publicatam esse, quam eam, quæ deposita fuerat pœnes eos.

NON obstant aliqua quæ contra
457 hæc obijci solent. † In primis enim aliqui ex ipsa plebe ne alijs hęc tribuã contra schedulam dicunt, iustum nõ videri eam fuisse depositam pœnes eosdem met Religiosos quorum futurum erat emolumẽtum, nec ipsius, subscriptioni assistere debuisse Religiosum eiusdem Societatis, quasi velint suspicari, sic fuisse dispositum & si non persuassionibus, saltim eorundem consilio & authoritate, tribuentes magis eorum voluntati circa huiusmodi legatum, quam ipsius proprietariæ & testantis intentioni.

SED quia huiusmodi & si a vulgo & plebe orta, amplius serpere contra huiusmodi Religiosissimos viros
458 alienum a pietate esset, videat quilibet dęmones † hæc eadem obiecisse antiquis Christianis, & nostro Aragonensi Laurentio sic penes Prudentium voce Tirani loquentes

Deprome thesauros: malis
Suadendo quos præstigijs
Exaggeratos obtines:
Nigrante quos claudis specu.

Nec iis nostris tẽporibus aliunde
459 hæc oriuntur quam ex † inuidorum obtrectationibus, vt enim in eisdem met terminis defensionis cuiusdam causæ Religiosorum Carthusien-

sium asserit Aeneus Robert. lib. 2. Rerũ. iudicatarũ. c.2.pag.316. *Inuidia virtutis æmula est, ipsamque comitari solet pietatem, ac veluti cantarides etiam florentibus rosis sæpe innascuntur, sic & calumniæ, ne quidem à pietate abstinent, imo eam probris & maledictis frequenter exagitant.* Idque adeo antiquum vulgi crimen est, vt B. Saluianum
460 † quem Gennadius Patrem Episcoporum appellat, abussus sui temporis huic similes exclamare coegerit lib.3. ad Ecclesiam Catholicã. pag. 394. *nullos pietas minus respicit, quam quos præcipuè Religio commendat* Innuens cum nullis minus exerceri pietatem, quàm cum ijs, quos ipsa deuotio & Religio encomijs pluribus celebrandos esse leges ipsæ naturales & ciuiles sugerunt. Sed quod Aeneus Robert. in d.c.2. Carthusiensibus suis clientibus commonet dicens, *satis erit eis, si tot conuitiorum tella obiecto patientiæ scuto excipiant, & calumniosas voces solita debitæ humilitatis professione retundant*, sic vi-
461 demus obseruari †. a Religiosis Societ. Iesu, vt in eis veluti in speculo magnum specimem tolerantiæ, & patientiæ habeamus.

QVIS enim ferat de tantis viris Religione, virtute, ac circumspectione illustribus, suspicari minimum doli & culpæ circa hæc, ignorant sanè, aut ignorare simulant hi Socie-
462 tatis Constitutiones † & vsus, eos præsertim, qui cõcernũt inter essentiam eorundem in testamentorum confectione: eum enim expressè depingit P. Polancus in methodo iuuandi morituros, quem licet Religiossum Societatis Iesu, non minus fidelem testem arbitratur Ioan. Molanus de pijs testament. c. 65. cum eius verba referat, quæ sunt huiusmodi. *Quamuis dirigere testatorem opus sit magnæ pietatis, nostri tamen propter constitutionem, quæ id prohibet, & propter rationem quæ ipsius constitutionis causa fuit, testamentis condendis interesse non debent, & minus vtique ad eleemosinas, vel legata nobis relinquenda, aut ijs qui ad nos pertinent morituros exortari nostris licebit.* (quatenus autem consilium præbere debeant circa testamentum condendum, prosequitur his verbis,) *sed opera pietatis in genere comendent: & si videbitur expedire, vt quid ad aliqua particularia descendat, præsertim consilium petente testatore, ante tempus condendi testamenti, ea in primis proponat, quæ maioris charitatis, & ad proximos iuuandos magis oportuna videbuntur: quamuis circumstantiæ locorum, personarum, & rerum, facere possent, vt præferri deberent quædam, alioqui post habenda.* Hæc P. Polancus pænes Ioannem Molanum, qui subiungit huiusmodi ferè constitutiones, etiam in alijs ordinibus emmanasse, tum ab ipsis ordinum patribus, tum etiã à Romanis Põtificibus. Qui etiã in eodem titulo. c. seq. scilicet. 67. pluribus comprobat has hęreditatum captationes, omnibus prohibi-
463 tas esse, vltimo pręcepto † decalogi. Si autem hæc ita procedunt, videant obsecro, qualiter in suæ animæ præiudicium, obmurmurent imputantes Religiosis huiusmodi captationes hæreditatum, aut persuasiones disponendi in eorum fauorem aut horum aliquam suspicionem? Qualiter etiam applicari potest huic
464 casui dispositio. 20. † C. de Episcop. & Cleri. in C. Theodos. prohibẽtis Religiosis huiusmodi captationes, cum noster sit sermo de Religiosis, quibus ille tam acriter ac pre-

precisè prohibentur: nisi eos præsumamus Decalogi, & suarum constitutionum ac obseruantiarum transgressores: quod tamen, nec cogitandum est. Inde etiam procedit, quam debile sit vulgi murmur circa hanc plicam, cum præcepto Decalogi & constitutionibus Societatis Iesu etiam contradicat, & hęc sufficiant contra huiusmodi vulgi obiectum.

ADHVC tamen amplius de ijs agendo inuritur Religiosis Societ. Iesu quasi species quædam falsi, veluti sibi ascribentibus legata contenta in plica ex l. 2. C. de ijs. qui sibi ascrib. Respondeo enim primo Religiosos Societ. licet in communi bona acquirant, in particulari tamen nihil adquirere posse, vt ex se notissimum est ideo: quia in particulari nullum interesse spectant, interuenire possunt in testamento † vt testes, licet ex eo aliquid acquiratur suo Monasterio, cum aliquod particulare commodum illis non resultet. Et ex hac ratione fratres Prædicatores posse adhiberi testes in testamento, vbi eorum Monasterio aliquid relinquitur, tradit Bald. in c. tertio loco. num. 4. de probatio. Felin. num. 3. Deci. num. 10. Cardin. cons. 102. nu. 7. dicens, præsertim hoc procedere in monachis, qui non possunt in singulari possidere proprium, & sic causa nullo modo potest esse singulorum, tenet idem Bald. cons. 22. num. 2. lib. 1. vbi loquitur etiam in fratribus prędicatoribus, qui instituti sunt hæredes in testamento, in quo vt testes adhibiti fuerant patres eiusdem ordinis, tradit Anton. de Butr. in c. cum inter. in prin. vbi Abb. num. 6. de re iudica. vbi loquuntur in donatione in fauorem Religionis adhibitis testibus eiusdem fratribus. tradit idem Abb. in c insuper. col. 2. de testib. Roman. singul. 351. vbi additio. Marsil. singul. 174. Iass. in l. 1. §. huius studij. num. 8. limitat. 3. de iust. & iure. vbi Claud. Aquens. col. 4. Alex. ad Bart. in l. vniuersos. ad fin. de decurio. lib. 10. Nata. in §. ex imperfecto l. hac consultissima. num. 181. C. de testam. Et de iure canonico indubitatam esse hanc opinionem dicit post Fab. & Aretin. Thob. Noni. in §. sed neque hæres. instit. de testam. nu. 7. & communem sicque iudicatum in praxi apud Ferrarienses, sequitur etiam viui. opin. 995. Grass. in §. testamentum. q. 57. num. 13. optimè Capra cons. 94. a num. 6. Thom. Doccius cons. 5. num. 8. & 9. Farinac. de testib. q. 60. num. 464. & 468. & q. 61. num. 126. Sim. de Pret. de interpretat. vltima. lib. 2. interpret. 1. dubitat. 2. solut. 2. num. 27. & seq. fol. 116. & in Patribus Societ. Iesu Mandos. de priuileg. ad instar. gl. 7. num. 7. Vt pateat nulla ratione obijci posse scrupulum aliquod ex eo, quod Pater Societ. Iesu (scilicet P. Antonius Laurentius) firmæ, ac subscriptioni plicæ, aut schedulæ præsens adfuerit cuius nulla vtilitas priuata esse poterat, nec commodum singulare, sed generale totius Collegij.

ET specialiter hoc idem in Collegio † Societ. Iesu verum esse ex eo apparet, quia præsertim Religiosi
permanentem sedem in aliqua parte Prouinciæ non habent, nec ideo captare possūt legata specialiter in beneficiū alicuius domus regularis, vti eius habitationis & incolatus, vt optime ad propositū cōsiderat Ioā. Bapta Ferret. cō. 150. a n. 4. dicēs ex eo nō ad esse pœnes Religiosos peculiare cōmodū, quia ad nutū superioris de loco ad

ad locum sunt amobibiles, si ergo in hac dispositione particularium fauor non versatur, quoad eos nullo modo in terminis d. l.2. versabimur.

SECVNDO etiam dici debet, ex eo præsentiam huiusmodi Patris nulla ratione reddere suspectam
467 hanc dispositionem, † quia concernit principaliter fauorem animæ nō Collegij, illa autem in hoc vim pati non debet, nec confidētia facta de Religiosis ad perfidiam trahi, vt in his terminis dicit Immol. in c. cū tibi.nu.13.de testam.vers. Et prædictis. Ideo consuetudine notoria diutissimè obseruatum est, vt sciunt omnes, ea que est valde rationabilis, testamentis adhibere Religiosos, & Sa-
468 cerdotes † tanquam legaliores, & de quibus magis confidunt, & de ista consuetudine notoria iudex se potest informare, ita Aretin.cons.159.num. 18.Nata in d.l. hac consultissima.§. ex imperfecto.num.181.Iul. Clar. in §.testamentum.q.55.num. 7.Farinac. de testib.q.62.num.126. Hæc igitur consuetudo adhibendi Religiosos in testamentis condendis efficit, vt nulla ratione quid suspectum prætendi possit ex assistentia dicti. P. Antonij Lorentij, etiam dispositione facta in beneficium suæ Religionis.

TERTIO etiam dicitur, cum ex modo resolutis constet, particulares Religiosos de proprio commodo non agere, sed de vtilitate vniuersali Collegij, ideo sicuti in testes admittuntur, ita nec dici potest esse prohibitos adquirere, cum non sibi sed
469 Religioni suæ quærant ex d.l. 2. cum illa loquatur de acquirentibus sibi non de acquirentibus Ecclesiæ, vt in Prælato tenet Bald. in Margarita Innocen. verb. Prælatus. Alex. ad Bart. in l.impuberem.§.1.littera K. de fals. Id q. generaliter verum esse non procedere d.l.2. vbi de proprio & particulari cōmodo non agitur plura iura innuunt l. Et eo.l. Senatus.l.impuberem. §.si dominus. ad l. Cornel. de fals. Bar. in d.l.impuberem.§.si ei filio. Hosti.in sum. ti.de fals.num.4. Areti. cons. 88. num. 2. & alij vt per Becci. cons.103.num.4. Ita enim in nostro casu, & si penes Rectorem Ecclesię cui relinquitur deponatur schedula, absque vitio aliquo depositio valida est, cum non solum Religiosus, sed & superior eiusdem Monasterij adhuc non propriam causam agat, sed sui
470 Monasterij. Hinc est Episcopum † de causa suæ Ecclesiæ cognoscere posse, vti nō causa immediatè sua propria, vti probatur ex gl. in c. si quis erga. vers. Priuetur.2.q.3.gl. in c. cum venisset. de iudici. Hostiens. in summa. titulo de sentent.§ si quis debet. Abb. in.d.c. cum venissent. num. 9. Felin. nu.7. Deci. nu.6. vers. Secūdo regula. latè Surd.cons.50.a nu.1. Ideo in terminis nostris anno.1568. primo Augusti Aresto. iudicatum fuit in Parlamento Parisiensi, † validum esse te-
472 stamentum receptum a quodam parocho in beneficium suæ Ecclesiæ, quia legatum fuerat relictum non ipsi, sed corpori aut Collegio Ecclesiastico, vt patet in Arestis. Nicolai Bergeroni. titulo en matiere Ecclesiastique, & beneficiale. ad finem. fol. 555. pœnes Aresta Paponij Gallicæ linguæ impressa anno.1601. Et in Ro-
473 ta Cathaloniæ † idem iudicatū fuit annis pręteritis in fauorem Collegij Societ. ibidem existentis, ratione legati eidem relicti in testamento scripto manu cuiusdam Religiosi dictæ Societ. Et si ex eo pręt enderetur nullum

lum esse ex dispositione dictæ.l.2.C. de ijs qui sibi ascrib.

473 QVARTO etiam dicendum est, ex eo nihil fraudis † præsumi posse ex testamento, quod & si aliena manu scriptum sit, ipse testator eum subscripsit, vt probat.l.1.§.ad testamēta.de fals.l.diuus.§. itē Senatus.eod. tit. ibi. *Si modo post eam scripturam manu sua testator testamento codicillis ve subscripserit*, prout eum legit Antonius Augu. de quo vide illum in tract. de legib.& Senat.consult.tit. de Senat. consul.Libonia.fo.298.tradit Pereg. de iur.fisci.lib.3.tit.12.nu.1.pag. 218. præsertim si tradita est scriptura
474 Notario, † vel ex illius instrumento vires habet, tunc enim cum non probet plica ex sua propria scriptura, sed ex instrumento a Notario confecto, non dicitur quis sibi adquirere ex scriptura a se facta, sed a scriptura Notarij, vt post Cin. & Din. tradit. Bart. in l.1.§.ex illa hora. col.1. vers. Et ideo concludo, de fals. Salicet. in l.1. nu.5.C.de ijs qui sibi ascrib. Alex. cons.50.num.1.lib.3.Bellon.cons.79. num.8.dicit. omnes Doctores sequi Bart. Valasc.consultat.178. num. 10. tom.2. Ideo enim cum in præsenti non ex scriptura plicę, sed ex instrumento authentico testamenti vires habeat dispositio, non dicitur aliqua ratione scriptor schedulę ex ea sibi quidquam adscripsisse.

NON obstat, quod aliqui obiiciunt, existentibus tot Notarijs insignibus in hac ciuitate, a quibus solēt custodiri quælibet relicta, dispositiones, aut aliæ bonorum cuiuscumque sint æstimationis alienationes, cur non debuit etiam hæc dispositio illis seruāda relinqui? Respondeo enim

475 Ecclesias & Religiones † non minus esse aptas ad custodiam huiusmodi scripturę, cum vt dixi etiam Gentiles, & Idolatræ Imperatores testamēta sua comendauerint ædibus, quas sacras appellabant. Maxime autem hoc procedit in concernentibus animę fauorem, cuius secreta atque occulta, cum proprios & peculiares depositarios habeat Religiosos seu alios Ecclesiasticos, non mirum dispositionem hanc animæ fauorem principaliter concernentem, potius Religioni fuisse commendatam, quam Notario in testamēto ab eo rogato, vt eleganter ad propositū respondens in quadam simili causa, quibusdam id etiam obicientibus dicit AEneus Rober.li.1. Rerū iudicata.c.3.pag.26.hæc affirmans. *At vero obijciunt hæredes, cur non ipsa testamento expressit, & ob quam causam dari pecuniam voluerit? Non inscitum fuit AEgyptij illius responsum, qui cū oppertū aliquid deferret, ab eo quæreretur quid illud esset: ineptus es, inquit, qui istud inquiras, ideo enim oppertum est, ne tu scires, ex Plutarc. de curiositate. Hæredes isti male curiosi defuncti patris iussa scrupulose nimis examinant, cum satis liqueat defunctum sacerdotis sui conscientiam elegisse, vt supremæ voluntatis exequutio cœlata, & operta maneret.* Hæc, & alia ad propositum eleganter pro solutione huius obiectionis is ingeniosus ac diligens antiquitatum scrutator, & Parisiensis aduocatus in medium refert, & in fortiori casu, quo filij adebant, qui vti successores legitimi bonorum, iustius causam huius normæ dispositionis sui parentis quærere poterant, quæ indagatio, si adhuc in eo casu fuit superuacanea, quanto magis erit in nostro, vbi prætendens nullitatem istius schedulę, nō sic pro

POTEST etiam responderi, quòd cum habeant semper obtrectatores ac æmulos dispositiones huiusmodi pro anima in fauorem Ecclesiæ, opportuit disponentem non satisfieri solo ordinario secreto Notariorum sęcularium, nisi & committeretur secretiori custodi animę, & eius intentionum ac cogitationũ archiuio pœnes Religiosos existen-
476 ti. Cum & sic publice testanti † sępius plura incõmoda resurgant, vt tradit Faber.in §.posunt.col.3. de testam.& post Boer.Roland.cons. 36. col.1.vol.1.optime Lana in formula testam.fol.7.nu.1.Ac demum licet aliqualis præsumptio sit acommodata tacite fide in fraudē legis, vbi tamen quis rogauit,quòd disponeretur id quod dixerat in secreto,
477 ex eo quia noluit alium scire, † tunc ex eo nulla potest præsumi fraus. gl. in l.Lucius.§.in testamento. num. 2. de legat. 1.tradit optime Xuarez de captator.volunta.num. 14. cum autem de huiusmodi voluntate hic cõstet,noluisse enim sciri ab aliquo dispositionem hanc,satis ostendit testatrix,quæ disponens aliqua testamento,tamen legatum hoc ibidem contineri noluit,sed in scriptura diuersa & schedula alibi reponenda.

NEC silentio prętereundũ est vulgare obiectum contra huiusmodi dispositiones pro Ecclesijs, & locis pijs,dicitur enim sępe,eas in pręiudicium consanguineorum, saltim paupertate opressorum fieri non debere. Quę obiectio licet nunc in ore
478 plurum versetur,orignem habuit,† ab ijs, quæ gentiles contra huiusmodi largitiones nostris Ecclesijs factas asserebant. Tyranus enim nostrum Diuum Laurentium circa hæc pænes Prudentium etiam nostrum conciuem ita increpat.

Tunc sum a cura est fratribus,
Vt sermo testatur loquax,
Offerre fundis venditis
Sestertiorum millia.

Addicta auorum prædia
Fœdis sub auctionibus
Successor exhæres gemit,
Sanctis egens parentibus.

Hæc occuluntur abditis
Ecclesiarum in angulis,
Et summa pietas creditur
Nudare dulceis liberos.

EX eo autē patet,cuius sint momenti,quæ tale principium habuerũt.Et si D.Cypriã. in loco superius relato de opere & elemosinis, eius efectum optime noscens, aseuerat † *hoc est caris pignoribus in posterum prouidere,hoc est futuris hæredibus paterna pietate consulere*, non minus huiusmodi legato consanguineis & proximioribus sic consultũ erit, vt ex rerum experientia accipiētes a Deo centum plus,necessario confiteri debeant,hęc sibi temporaliter ac spiritualiter plurimũ profuisse.Sed quia nec sunt huiusmodi ij consangui-
480 nei,† quibus testantes sua bona relinquere tenerentur, audiant quid eis in simili Ethnici ac Santi scriptoris testimonio respondit ad propositum Aeneus Robert.in d. lib. 4. rer.iudicata.c.2.pag.735.hæc dicēs *Hæredes isti proximi quidem agnati sunt, non tamen habuit necesse defunctus eos hæredes relinquere;Vt non male hoc loco adijci possit illud Quintiliani. Non me confundit (inquit) quod ex diuerso sunt propinqui,iactent vt volent,sanguinis con-*

functionem. ergo intelligo quasdam fuisse causas, propter quas, is qui hos cognatos habebat, alijs moreretur hæredibus. Quid mirum autem si anus & orba, vt animæ, & saluti æternæ prospiceret, piæ causæ conditionem meliorem reddere voluerit? Non est iniquum (ait Saluianus) vt quilibet Christianorum etiam legitimis hæredibus in hoc sæculo consulat, dummodo sibimet in æternitate succurrat; quia mul to est leuior præsens tenuitas, quam æterna paupertas. Maxime quia cum illic non paupertas tantum, sed etiam mors ac pœna timeantur, facilius est vtique hic heredibus deesse quiddam de patrimonio, quam illic testatoribus de salute. Hæc & alia ex pijssimo Saluiano Aeneus Robertus ad propositum refert, in hoc casu veriora, quia non cuilibet operi pio, sed fundationi Ecclesię † Monasterij
481 aut Collegij bona donantur. Quo casu D. Augustin. aliás respuens huiusmodi legata exclusis filijs in. c. vlt. 17. q. vltima. collaudauit plurimum relicta ad similes Ecclesiarum fundationes. in Psalm. enim. 103. concione. 3. explicans illud *cædri Lybani, quas plantauit, illic passeres nidificabunt.* subiungit, *Cædri Lybani nobiles, & diuites, excelsi huius seculi, quando cum timore audiunt; Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, attendunt res suas, villas suas, & omnes superfluas copias, quibus videntur excelsi, & præbent illas seruis Dei, dant hortos, ædificant Ecclesias, Monasteria, colligunt passeres, vt in cedris Lybani nidificent.* Hęc verba D. Augustini videri poterunt pœnes Bellarmin. de Monach. lib. 2. c. 44. in tom. 1. controuersiarum christianę fidei. Cum autem deseruire debeant huiusmodi bona ędificio, ac fundationi Collegij Societ. Iesu, in vtilitatem publicam & maximum suffra-
482 gium testantiumis irreligiosum †

existimabant Gentiles diferre suorũ templorum dedicationem, vt asserit Plin. Iun. lib. 4. epist. 1. non mirum ab isto Collegio huius causę successũ instari plurimum, vt efectum habeant hęc sic omnium vtilitatem concernentia. Ea autem impedienda non esse, nec debere retardari effectũ huius legati maxime pretextu poenæ, & caducitatis ex aduerso pretēsæ: satis insinuat D. Cyprian. in loco superius relato in lib. de operis, & eleęmosina. Si enim de suo tēpore loquens ibi afirmat *patrimonium Deo creditum, nec Respublica eripit, nec fiscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euertit; in tuto hæreditas ponitur, quæ Deo custode seruatur.* His nostris temporibus prætextu similium penarum & caducitatum, idem fauor largitionibus ac dispositionibus in Ecclesias de negari nō debet. Et si tunc nec forenses obtrectationes aut vulgi maledicentię quidquam Ecclesiarum acquisitionibus obstabant, hoc sę culo pręsertim contra huiusmodi Societatem Iesu, maxime in hac Ciuitate eius primum ingressum, ac suę sanctæ institutionis inchoationem, quidquam nō retardasse notissimũ est. Adhuc enim testes viuimus non lepidæ comediæ inter idololatras, vt impudenter de hac persecutione Misenus Litius hęreticus, pęnes Patrem Gretserium in Apologia. 1. pro vita B. P. Ignatij lib. 4. c. 3. pag. 408. sed vulgi & puerorum efrenatę imprecationis, cōuiciorum, ac cōtumelię. Hos autm omnes fluctus & tempestates, si huius Ciuitatis & Regni tribunalium personæ graues omnino composuerunt, & sedarunt, quando nullas adhuc radices egerat hæc religio; sperandum est hoc tempore quo videmus in nostris la-

ribus magnos illius progressus felicissimos, quos ex ea persecutione oriundos prædixerat B. P. Ignacius teste P. Ribadeneyra lib. 4. c. 14. in fin. in d. vita B. P. Ignatij: hoc inquam tempore pœnes eadem tribunalia suprema, suorum iurium & bonorum non minorem protectionem ac præsidium speramus. Ideoq.

Fremant superbi, nec teneant minas.
Bellumq. cædesq. rabiem parent,
Causamq quam ius damnat æquum,
Vi vetitis tueantur armis.

Vos ista prudens simplicitas, bene
Morata, sese nec leuis efferens,
Defendet insontes. At ipse
Se rabidus male perdet hostis.

Qui quo cruentus sæuierit magis,
Plus inde damni comperiet, videns
Vicisse quos victos putarat,
Et cineri superesse vires.

VT inuehit in obtrectatores Religiosorum Societatis Iesu Doctissimus Leuinus Torrentius Episcopus Antuerpiensis in oda pen. quæ est inter eius poemata.

Hæc currenti calamo dicere licuit, & dum prius dictata proelo committebātur, alia raptim quæ illis succederent scribere, ac dictare statim edenda, corrigendi emendandi aut exhornandi tempore, quo hæc indigebāt, non residuo; ea autem quecūque sint Catholicæ Romanæ Ecclesiæ iuditio, & piorum Theologorum censuræ subiicio.

Iacobus de Morlanes. I. V. D.

